Λυκόφρων Λυκούργου Βουτάδης[6] ἀπεγράψατο αὐτῷ εἶναι σίτησιν ἐν Πρυτανείῳ κατὰ τὴν δοθεῖσαν δωρεὰν ὑπὸ τοῦ Δήμου Λυκούργῳ Βουτάδῃ ἀπὸ Ἀναξικράτους· Ἄρχοντος ἐπὶ τῆς Ἀντιοχίδος ἐν τῇ Πρυτανείᾳ.

[6] Lycophro Lycurgi filius natu maximus (erant autem præterea Abro et Lycargus) honores postulat sibi concedi, quos P. A. natu maximo ex posteris Lycurgi perpetuo haberi decrevit, et ad jus suum consequendum rogationem ipsam, quæ hic addscitur, disertissimis verbis allegat. Interea tamen, quid Βουτάδης? Demasne ille et ex Populis Atticis unus? An, eam dicit Plutarchus in Vita Aucto'ris, τῶν δήμων Βουτάδης, γένους δὲ τῶν Ἐτεοβουτιδῶν, idcirco existimare fas sit, eum fuisse pago Butadem, *genere* autem Eteobutadem? Id profecto ambigo, vel potius constanter pernego, fuisse δῆμον, unde populares Βουτάδαι dicerentur. Silent profecto in ea re Inscriptiones Veterum, quæ si non solæ, attamen optimæ ejus causæ testes esse possunt. Contigisse aliquoties arbitror, et ab Antiquorum etiam nonnullis admissum video, ut *Familiæ* sive *Stirpes* sacræ, γένη istæ ἱερατικὰ, quibus adeo erat referta Attice, pro *Demo*, i. e. Pago, Populo, vel Curia imperite recenserentur. Et in ea causa Βουτάδες, sive, quod perinde est, Ἐτεοβουτάδαι habeo. Dum Romp. Atheniensium perconseo, et de ejus moribus, legibus et institutis Commentarium mecum paro, video multas gentes, sacrorum peculiarium antistitites, quarum nonnullæ ignorantur penitus, nonnullæ incuriosius in Pagos detrudantur. Leguntur autem inter alias, Κηρύκαι, Εὐνείδαι, Εὐμολπίδαι, Κήρυκες, Βουτάδαι, Γέφυραι, Κρωμμυῶναι, Χιραιδαι, Κοιρανίδαι, Φιλλεῖς, Σαβοὶ, Ταυρεοκίδης, Δαιδαλίδαι, Σφραγίδαι, Εὐδάνεμοι, Φαλαρεῖς, Φόβιοι, Ὁμηρίδαι, Αἰσιμῆδαι, Ἡσυχίδαι, Παλλαντίδαι, Ἀλκμαιονίδαι, Χοιρίδαι, Φυταλίδαι, Πρακτιεγίδαι, Χαρίδαι, Ἐτεοβουτάδαι. De quibus omnibus loquitur Æschines c. Ctesiph. §. θ'. τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας ὑπευθύνους εἶναι, κελεύει ὁ νόμος — οὐ μόνον ἰδίᾳ, ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὰ γένη, Εὐμολπίδας καὶ Κήρυκας, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας. Item Ælian. apud Suid. v. Εὐμολπίδαι. Παρ' οὐδὲν θέμενος τὰ σεμνὰ Εὐμολπιδῶν, καὶ Κηρύκων, καὶ τῶν ἄλλων γένων ἱερῶν τε ὄντων καὶ θεοφιλῶν. Porphyr. de Abstin. II. 30. Αἱ τοῖς Διοσπολίοις Ἀθήνησιν ἐν ἀκροπόλει οἱ εἰσημένοι τὸν αὐτὸν τρόπον ποιοῦνται τὴν τοῦ βοὸς θυσίαν. θύοντος γὰρ ἕτερος ἐστὶ νῦν. Inscriptio vetus:

ΔΗΜΗΤΡΙ. ΚΑΙ. ΚΟΡΗΙ.
Η. ΙΕΡΑ. ΓΕΡΟΤΣΙΑ. Μ. ΑΤ
ΡΗΑΙΟΝ. ΑΙΘΟΦΟΡΟΝ. ΠΡΟ
ΣΔΕΚΤΟΝ. ΠΣΤΟΚΡΑ
ΤΟΥΣ. ΚΕΦΑΛΗΘΕΝ. ΠΡΕΣ
ΒΕΥΤΣΑΝΤΑ. ΠΡΟΙΚΑ. ΤΙΜΗ
ΘΕΝΤΑ. ΔΕ. ΤΠΟ. ΘΕΟΤ.
ΚΟΜΜΟΔΟΥ. ΤΗΙ. ΡΩΜΑ
ΙΩΝ. ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ. ΑΡΧΑΝ
ΤΑ. ΤΟΥ. ΚΗΡΥΚΩΝ, ΓΕ
ΝΟΥΣ. ΑΡΧΑΝΤΑ. ΤΗΣ. ΙΕ
ΡΑΣ. ΓΕΡΟΤΣΙΑΣ. ΕΤΣΕΒΕ
ΙΑΣ. ΕΝΕΚΑ.
ΑΤΤΙΚΟΣ. ΕΤΔΟΞΟΤ. ΣΦΗΤ
ΤΙΟΣ. ΕΠΟΙΗΣΕ.

In his Gens erat illustrissima Ἐτεοβουτάδαι. Ἐτεοβουτάδαι, γένος Ἀθήνησι πάνυ λαμπρόν. Hesych. Id quod Suidas habet σφόδρα καὶ λαμπρόν. Quod itidem verum esse potest: Ἐξ Ἐτεοβουτιδῶν ἦλθε τὸ γένος] Ἐκ τῶν εὐγενῶν. γένος γὰρ σφόδρα καὶ λαμπρὸν ἀπὸ Βούτου, ἀφ' οὗ οἱ ἱερεῖς καθίστανται Ἀθήνησι. Apostol. VIII. 62. Quali genere sacrorum Gens ea distingueretur, haud facile erit post tot sæculorum intervalla luculente definire. Constat tamen ex ea perpetuo fuisse desumptam, quæ Minervæ Poliadi sacra faceret, cujusmodi memoratur a Plutarcho περὶ δυσωπίας p. 323. Bas. Lysimache quædam Ἀθήνησι, ἡ τῆς Πολιάδος ἱέρεια. Ait enim Æschines de F. Leg. §. μς'. patrem suum fuisse ex φρατρίᾳ τὸ γένος, ἣ τῶν αὐτῶν βωμῶν Ἐτεοβουτάδαις μετέσχε, ὅθεν ἡ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος ἐστὶν ἱέρεια. Et similiter Nicephor. Gregor. in Schol. ad Synes. Orat. de Insomniis: Ἐτεοβουτάδαι, γένος τι ἀρχαῖον ἐκλέγουσιν ἐν Ἀθήναις καὶ φερεφανὲς, ἀφ' οὗ αὐτῆς Ἀθηνᾶς ἐξελέγοντο ἱέρειαι. Constat enim, si qua fides habenda sit Schol. Aristophanis ad Eccles. v. 18. quod in Scirophoriis, quod festum erat Athenis solenne, τὸ Σκίρον, *Umbella*, unde ea Religio cognominaretur, circumferri deberet vel ab Erechthei sacerdote, vel ab aliquo ex sacra familia Butadarum. Promiscue enim dicuntur Butadæ et Eteobutadæ. Porro autem, insigne quoque fuisse hujus familiæ ministerium in Neptuni sacris liquebit ex iis, quæ a Plutarcho de Lycurgi genere dicuntur: Ἔστιν αὐτὴ ἡ καταγωγὴ τοῦ γένους, τῶν ἱερασαμένων τοῦ Ποσειδῶνος, ἐν πίναξι τελείῳ — τὸν δὲ πίνακα ἀνέθηκεν Ἄβρων, ὁ καὶς αὐτοῦ (Lycurgi), λαχὼν ἐκ τοῦ γένους τὴν ἱερωσύνην, καὶ παραχωρήσας τῷ ἀδελφῷ Λυκόφρονι, καὶ διὰ τοῦτο στεφανοῦται ὁ Ἄβρων προσιὼν αὐτῷ τὴν τρίαιναν. Similiter inter Lycurgi posteros ibidem memorantur Medeus quidam, ὃς τὴν ἱερωσύνην Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως ἔσχε, καὶ Φιλάγρων, ὃς ἱέρατο τῆς Ἀθηνᾶς. Butes enim, unde hæc familia et appellatur et

ΣΤΡΑΤΟΚΛΗΣ ΕΥΘΥΔΗΜΟΥ ΔΙΟΜΙΕΥΣ ΕΙΠΕΝ.

Ἐπειδὴ Λυκοῦργος Λυκόφρονος Βουτάδης παραλαβὼν παρὰ τῶν ἑαυτοῦ προγόνων οἰκείαν ἐκ παλαιοῦ τὴν πρὸς τὸν Δῆμον εὔνοιαν, καὶ οἱ πρόγονοι οἱ Λυκούργου, Διομήδης[8] τε καὶ Λυκοῦργος, καὶ ζῶντες ἐτιμῶντο ὑπὸ τοῦ Δήμου, καὶ τετελευτηκόσιν αὐτοῖς δι' ἀνδραγαθίαν ἔδωκεν ὁ Δῆμος δημοσίας ταφὰς ἐν Κεραμεικῷ. Καὶ Λυκοῦργος αὐτὸς πολιτευόμενος, νόμους τε πολλοὺς[9] καὶ καλοὺς ἔθηκε τῇ πατρίδι, καὶ γενόμενος τῆς κοινῆς προσόδου ταμίας τῇ πόλει, ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας,[1]

deducitur, et Erechtheus Pandionis erant filii. Quo mortuo Erechtheus a patre accepto imperio regnat: Butæ sacerdotium Minervæ et Neptuni sortito obtigit, ut scribit Apollodorus III. c. 15. [Heyne Not. ad Apoll. p. 845. sq.] Cui simile factum in re Romana contigisse legimus apud Dionys. Halicarn. I. 71. cum de imperio Silvius et Iules ex fratre nepos inter se disceptarent; adeo ut ex eo tempore in Iulia gente perpetuum sacerdotium mansisse crederetur.

[7] Anaxicrates quidam, ut ex Fast. Atticis docemur, Prætor erat Athenis Ol. CXVIII. 2. Iterumque ejusdem nominis Prætor eos signabat Ol. CXXV. 2. In priori Prætura latam hanc rogationem intelligo, circiter XX. annos ab exercitu Lycurgi.

[8] Inter majores Lycurgi memorantur a Plutarcho in vita, Lycomedes et Lycurgus, οὓς ὁ δῆμος ταφαῖς ἐτίμησε δημοσίαις.

[9] Recensentur a Plutarcho. Quarum prima

I.

ΤΟΥΣ ΚΩΜΩΙΔΟΥΣ ΑΓΩΝΑ ΤΟΙΣ ΧΥΤΡΟΙΣ ΕΠΙΤΕΛΕΙΝ ΕΦΑΜΙΛΛΟΝ ΕΝ ΤΩΙ ΘΕΑΤΡΩΙ ΚΑΙ ΤΟΝ ΝΙΚΗΣΑΝΤΑ ΕΙΣ ΑΣΤΥ ΚΑΤΑΔΕΓΕΣΘΑΙ.

II.

ΧΑΛΚΑΣ ΕΙΚΟΝΑΣ ΑΝΑΘΕΙΝΑΙ ΤΩΝ ΠΟΙΗΤΩΝ ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΚΑΙ ΤΑΣ ΤΡΑΓΩΙΔΙΑΣ ΑΥΤΩΝ ΕΝ ΚΟΙΝΩΙ ΓΡΑΨΑΜΕΝΟΥΣ ΦΥΛΑΤΤΕΙΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ ΠΑΡΑΝΑΓΙΝΩΣΚΕΙΝ.

III.

ΜΗΔΕΝΙ ΕΞΕΙΝΑΙ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΜΗΔΕ ΤΩΝ ΟΙΚΟΥΝΤΩΝ ΑΘΗΝΗΣΙΝ ΕΛΑΤΤΟΝ ΣΩΜΑ ΠΡΙΑΣΘΑΙ ΕΠΙ ΔΟΥΛΕΙΑΙ ΕΚ ΤΩΝ ΑΛΙΣΚΟΜΕΝΩΝ ΑΝΕΥ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΡΟΤΕΡΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΓΝΩΜΗΣ.

IV.

ΤΟΥ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΑΓΩΝΑ ΠΟΙΕΙΝ ΕΝ ΠΕΙΡΑΙΕΙ ΚΥΚΛΙΩΝ ΧΟΡΩΝ ΟΥΚ ΕΛΑΤΤΟΝ ΤΡΙΩΝ ΔΙΔΟΣΘΑΙ ΜΕΝ ΤΟΙΣ ΝΙΚΩΣΙΝ ΟΥΚ ΕΛΑΤΤΟΝ ΔΕΚΑ ΜΝΑΣ ΤΟΙΣ ΔΕ ΔΕΥΤΕΡΟΙΣ ΟΚΤΩ ΕΞ ΔΕ ΤΟΙΣ ΤΡΙΤΟΙΣ ΚΡΙΘΕΙΣΙΝ.

V.

ΕΠΙ ΖΕΥΓΟΥΣ ΜΗ ΑΠΙΕΝΑΙ ΓΥΝΑΙΚΑ ΕΛΑΤΣΙΝΑΔΕ ΕΙ ΔΕ ΤΙΣ ΦΩΡΑΘΕΙΗ ΑΠΟΤΙΝΕΙΝ ΔΡΑΧΜΑΣ ΕΞΑΚΙΣΧΙΛΙΑΣ.

[1] Corrige ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας, ut clare legitur in vita. Diodorus tamen Siculus in hac ipsa re, Δώδεκα ἔτη τὰς πρεσβύτους τῶν πόλεως διοικήσας. Quod pariter verum esse potest. Cum non necesse sit, si ea recte se habeant, quæ dixi ad Marmor Sandvicense p. 15. ut Pentaeteris exactus quinquennium complectatur. [cf.

καὶ διανείμας ἐκ τῆς κοινῆς προσόδου μύρια καὶ ὀκτακισχίλια[2] καὶ ἐνακόσια τάλαντα· πολλὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν διὰ πίστεως λαβὼν, καὶ προδανείσας καὶ εἰς τοὺς τῆς πόλεως καιρούς· καὶ τοῦ Δήμου τὰ πάντα ἐξακόσια καὶ πεντήκοντα[3] τάλαντα. δόξας δὲ ἅπαντα ταῦτα δικαίως διῳκηκέναι, πολλάκις ἐστεφανώθη ὑπὸ τῆς πόλεως. ἔτι δὲ αἱρεθεὶς ὑπὸ τοῦ Δήμου, χρήματα πολλὰ συνήγαγεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ παρασκευάσας τῇ Θεῷ κόσμον, νίκας τε ὁλοχρύσους,[4] πομπεῖά τε χρυσᾶ καὶ ἀργύρεα, καὶ κόσμον χρυσοῦν εἰς ἑκατὸν Κανηφόρους.[5] χειροτονηθεὶς δὲ ἐπὶ τῆς τοῦ πολέμου παρασκευῆς, ὅπλα[6] μὲν πολλὰ καὶ βελῶν μυριάδας πέντε ἀνήνεγκεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν· τετρακοσίας [δὲ] τριήρεις πλωΐμους κατεσκεύασε, τὰς μὲν ἐπισκευάσας, τὰς δὲ ἐξ ἀρχῆς ναυπηγησάμενος· πρὸς δὲ τούτοις, ἡμίεργα παραλαβὼν τοὺς δὲ νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην,[7] καὶ τὸ θέατρον τὸ Διονυσιακὸν ἐξειργάσατο, καὶ ἐπετέλεσε τό τε στάδιον τὸ Παναθηναϊκὸν, καὶ τὸ γυμνάσιον, καὶ τὸ Λύκειον κατεσκεύασεν, καὶ ἄλλαις πολλαῖς κατασκευαῖς ἐκόσμησε τὴν πόλιν. Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ βασιλέως ἅπασαν μὲν τὴν Ἀσίαν κατεστραμμένου, κοινῇ δὲ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἐπιτάττειν ἀξιοῦντος, ἐξαιτήσαντος[8] Λυκοῦργον, ὡς ἐναντία πράττοντος αὐτοῦ, οὐκ ἐξέδωκεν ὁ Δῆμος παρ' Ἀλεξάνδρου φόβον.[9] καὶ δεδοὺς εὐθύνας πολλάκις τῶν πεπολιτευμένων ἐν ἐλευθέρᾳ καὶ δημοκρατουμένῃ τῇ πόλει, διετέλεσεν ἀνεξέλεγκτος καὶ ἀδωροδόκητος τὸν ἅπαντα χρόνον, ὅπως ἂν εἰδῶσι πάντες, διότι τοὺς προαιρουμένους ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας καὶ τῆς ἐλευθερίας δικαίως πολιτεύεσθαι, καὶ

Boeckh. Staatsh. d. Athen. II. p. 244. sq. Reckrr. Subesse in his numeris aliquid vitii aut difficultatis notat Wyttenbach.]

[2] Variatam est in argenti ratione. Vide quæ habet Plutarchus in vita. Dicitur Lycurgus in fisco publico procurando Periclem superasse talentis sexies mille et quingentis. Ἀπαύρων ἐπιφέρεσθαι τάλαντα εἰς τὸ δημόσιον, πεντακοσίοις φλείοσι καὶ ἑξακισχιλίοις, ἃ ὅτε Περικλῆς ὁ Καλλίαιτου συνήγαγε. Pausan. Attic. c. 29.

[3] In vita Lycurgi opes privatorum bonissam admiisistrasse dicitur solummodo ad cccl. talenta.

[4] Icunculæ erant, *Victoriæ alatæ*, quas Dea in manibus gestare solebat. Καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἡ Φειδίου, ἔπαιξε ἐπτάπηχυν τὸν χεῖρα, καὶ τὴν Νίκην ἐν αὐτῇ ἑξαμήνου, ἑστῶσαν ὅπλα τῷ αἰῶνι. Arrian. ad Epictetum II. 8. Vide, quæ ad h. l. annotavit Uptonus.

[5] Explicat hæc Pausanias: κατεσκεύασε πομπεῖα τῇ θεῷ, καὶ νίκας χρυσᾶς, καὶ παρθένους κίστην ἐπατόν. Virgines erant, quæ in Minervæ pompis cistas ferebant.

[6] Pausan. l. c. ὅπλα, καὶ βέλη, καὶ τετρακοσίας ναυμαχοῦσιν εἶναι τριήρεις.

[7] Iterum Pausanias: οἰκοδομήματα δὲ ἐπετέλεσεν μὲν τὸ Θέατρον, ἐτέρων ἐπαρξαμένων· τὰ δὲ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ πολιτείας, ἃ ἀποδόμησαν, ἐν Πειραιεῖ πύλαι εἰσιν εἶναι, καὶ τὸ πρὸς τῷ Διμῷ παλαιστήριον γυμνάσιον. Monstrant hodie Athenis non procul a fano Minervæ turrim quandam, sive locum munitum, quem Lycurgi armamentariam, *l' Arsenal de Lycurgue*, cognominant. Vid. Spon. et Wheler.

[8] Ἐξαιτήσας] Lege ἐξαιτήσαντος.

[9] [Διὰ τὸν παρ' Ἀλ. φόβον legi vult Wyttenbach.]

ζῶντας μὲν περὶ πλείστου ποιεῖται,[1] καὶ τελευτήσασι δὲ ἀποδίδωσι χάριτας ἀείμνήστους· ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι τῷ Δήμῳ ἐπαινέσαι μὲν Λυκοῦργον Λυκόφρονος Βουτάδην ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης, καὶ στῆσαι αὐτοῦ τὸν Δῆμον χαλκῆν εἰκόνα ἐν ἀγορᾷ, πλὴν εἰ ποῦ ὁ νόμος ἀπαγορεύει μὴ ἱστάναι, δοῦναι δὲ σίτησιν ἐν Πρυτανείῳ τῶν ἐγγόνων[2] ἀεὶ τῶν Λυκούργου τῷ πρεσβυτάτῳ εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον, ἀναθεῖναι δ' αὐτοῦ, καὶ εἶναι κύρια πάντα τὰ ψηφίσματα τὸν γραμματέα τοῦ Δήμου ἐν στήλαις λιθίναις, καὶ στῆσαι ἐν ἀκροπόλει πλησίον τῶν ἀναθημάτων· εἰς δὲ τὴν ἀναγραφὴν τῶν στηλῶν δοῦναι τὸν ταμίαν τοῦ Δήμου πεντήκοντα δραχμὰς ἐκ τῶν εἰς τὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῷ Δήμῳ.

Atque hæc de Lycurgi vita e me dicta sunto. Genus porro Orationis, et characterem dicendi lector meus ex iis, quæ hodie exstant, optime intelliget. Dicitur ab extemporali usu omnino abhorruisse, et Periclis ad instar, nunquam cum populo nisi meditatus egisse. Istius autem studii et meditationis præclarissima leguntur monumenta apud Vitæ Scriptores.[3] Formam dicendi ita exprimit Dionysius Halicarnassensis [de Vett. Script. Censura Vol. V. p. 433. Reisk.] Ὁ δὲ Λυκοῦργος ἐστὶ διαπαντὸς αὐξητικὸς, καὶ ἐμμελὴς, καὶ σεμνὸς, καὶ ὅλος κατηγορικὸς, καὶ φιλαλήθης, καὶ παῤῥησιαστικὸς, οὐ μὴν ἀστεῖος, οὐδὲ ἡδὺς, ἀλλ' ἀναγκαῖος· τούτου χρὴ ζηλοῦν μάλιστα τὰς δεινώσεις. Porro Hermogenes [de form. Orat. II. p. 500. ed. Laur.] Ὁ τοίνυν Λυκοῦργος πολιτικὸς μέν ἐστιν, ὥσπερ τις ἕτερος, πλὴν ἴσως τοῦ κατὰ τὴν ὠφέλειαν ἤθους ἕνεκα. πολὺ δὲ τὸ τραχὺ καὶ σκληρὸν ἔχει χωρὶς ἐπιμελείας. ἦ γὰρ ἂν ὁ αὐτὸς ἦν πως τῷ Δεινάρχῳ. τῇ δὲ λέξει καὶ πολὺ τραχύτερός ἐστιν, ὅθεν φημὶ καὶ τοῦτον τὴν φαινομένην, οὐ μὲν οὖσαν ὡς ὄντως, δεινότητα ἔχειν. τροπικώτεροι γάρ εἰσιν οἱ λόγοι μᾶλλον αὐτοῦ, καὶ καταδρομὴν ἔχοντες ἔστιν οὗ κατὰ τῶν ἀποδεδειγμένων πραγμάτων. χρῆται δὲ πολλαῖς πολλάκις καὶ ταῖς παρεκβάσεσιν ἐπὶ μύθους, καὶ ἱστορίας, καὶ ποιήματα φερόμενος. ἃ δὴ τῆς φαινομένης ἐστὶ καὶ αὐτὰ δεινότητος.[4]

[1] Atticus scriptor daret περὶ πλείστου. Quod hic reponendum. Est enim Librarii hallucinatio. [Et sic quoque censet Wyttenbach.]

[2] [ἐγγόνων] L. ἐκγόνων. Osann.]

[3] Ἐμελέτα δὲ καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὡς οὐ περὶς τὰ αὐτοσχέδια πτοεισάς. Κλωδίου δὲ αὐτῷ ὑπεκκαμόντος, ἐφ' ᾧ μέσον ἦν πάθος καὶ πρωτοφάλαινα, ὅπως ἐγείροιτο ῥᾳθύμως καὶ μαλακῶς. Plutarch. V. Lyc. p. 842. C.

[4] [Quæ judicia veterum Criticorum, si cum Lycurgi oratione superstite comparamus, verissima et sequissima esse reperiemus. At liceat ad ea illustranda pauca addere, quæ, sicut omnino Oratoris artem, sic hujus virtutes et vitia exemplis exprimentibus lectoribus. Dionysius vocat L. αὐξητικὸν, i. e. ortatorem, qui argumentis vim addit ut sentiantur, vel immorando reborat id, quod jam argumentis firmatum est. (Longin. XII. 1.) Talis igitur Orator efficit, ut attento auditum, et auditoris animum ita afficit, ut cupidus fiat rerum sequentium: quæ magna omnino est laus dicentis. Porro δημοκρίτου (sic enim legendum, non δημοκρίνου) qui stilum elocutione elata, μεγηθεῖ ἐκφώνῳ. Et vere Lycurgus sæpius in rebus et verbis ad

Orationum, quas scripsit Lycurgus (scripsisse autem perhibetur XV.), [a] una tantum hodie superest, quam legere incipis: reliquarum enim omne fere interiit præter nomina [b] et desiderium. Eam utique,

sublimitatem adscendit (cf. cap. 11. 12. 37.). Dein laudatur ob σεμνότητα orationis i. e. *gravitatem*, qua fit ampla et magna elocutio, v. c. si quis docet de rebus divinis, de virtutibus et vitiis, de præclare hominum factis, et quidem hæc omnia cum certa asseverationem, quæ omnem dubitationem excludit. Talem fuisse Lycurgum tota docet Oratio; qua quidem gravitate conjuncta esse solet παῤῥησία, quam ob rem Dionys. παῤῥησιαστὴν vocat Lycurgum. Ea oratoris virtus oritur maxime e spiritu et vehementia, nec minus e conscientia recti, animi vitæque integritate. Hanc vocem *liberum* ut Cic. ad Herenn. IV. 37. eam appellat oratoris dotem, Lycurgus et Demosthenes, viri integerrimi, præ se ferunt insigni modo. Quibus laudibus aliquam vituperationem admiscet, dum dicit, οὐ μὴν ἀστ. οὐδὲ ἄῤῥις, ἀλλ' ἀναγκαίος, i. e. fuit Orator *non urbanus, nec suavis, sed ipse necessariis solum occupatus*. Nempe, qui urbano et suavi genere utuntur, orationem ornant, habentque quandam abundantiam et copiam; Lycurgus autem non ultra necessaria procedit, magis rebus quam verbis intentus. Sic explicat Ernesti (Lexic. Technol. Rhet. Gr. v. Ἀναγκαῖος) Dionysii dictum. Id judicium quam verum sit, cognoscitur e comparatione Nostræ cum Demosthenis orationibus, v. c. Timocratea vel omnium præstantissima de Corona. Quæ Lycurgo desunt conditionis orationis urbanæ, ibi quavis earum parte ultro lectoris animo se ostendunt. Hermogenem minus delectatum esse Orationibus Nostri, apparet ex ejus censura acerbiore. Inter Oratores Civiles Lycurgo solummodo tribuit locum propter ἁπλῆν ἕξιν, i. e. *ob simplicitatem, qua hominum mores oratione delineaverit*. cf. Hermog. de form. Or. II. p. 208. Dionys. Halic. Art. Rhet. c. II. 2. Sed compositione τραχύτητα esse ipso Dinarcho statuit. Τραχὺν καὶ σκληρὸν vocat, i. e. *durum et asperum*, imprimis propter immodicum metaphorarum usum; quam compositionem *præfractam et asperam* vocat Seneca Epist. 114. (Lyc. 10. 5. 11. 8. Porro imprimis dicitur definisse continuit Rhetor. Hæc Oratoris virtus, quæ imprimis Isocrati tribuitur (Hermog. περὶ ἰδ. v. p. 364.) cernitur *in accurata dicendi forma*; si quis sententias commode jungit, res gestas et facta non modo exponit, sed cum censura loci, temporum notatione, etc. enuntiat. (Lyc. c. 26.) Ad *suavitatem* quoque in compositione ipsa referri potest τὸ χωρὶς ἀναγκαίας, ad quam c. 11. 11. c. 9. 1. etc. spectant, et cui sine dubio Hermogenes annumerabat periodos sæpissime voc. Καίτοι incipientes; quibus nævis in structura orationis Lycurgus similior fit Dinarcho, quam Demosthenes vel Lysiæ. Mox τροπικωτέρους vocat, i. e. *metaphoris nimiæ sunt ejus orationes*, sive figuratam locutionem quam maxime amat. Id ipsum profecto agnoscimus in una superstite Oratione, ex qua Hauptmannus sedulo collegit τρόπους, quibus scriptor usus sit. Demosthenem vero orationis vim et gravitatem ex his figuris non quæsivisse constat, dum natura sua alienior fuit ab hac poetica compositione. Porro graviter et merito vituperat Lycurgum, ὡς καταδρομὴν ἴσχοντα τῶν ἀνεδειγμένων πραγμάτων, i. e. *quod interdum recurrat ad res jam demonstratas*. Quod item in Oratione nostra lectori displicebit, et interdum fastidium excitabit. Denique improbare videtur Rhetor, quod Lycurgus multis digressionibus ad fabulas et historias, ad versus quoque poeticos sit delatus, quod quidem speciem quandam eloquentiæ præbeat, sed vere nullam orationi vim et gravitatem (δυνάστευε) afferat. Quod verissimum est: nam quid in Nostro Homeri, Euripidis, Tyrtæi poemata, recitata ab Oratore, quid tandem fabulæ de Codro, de filia Erechthei etc. ad rem probandam faciunt, equidem non video. Quid? Si Demosthenem inspicis: Poetæ versus semel tantum, fabulæ ex antiquitate depromptæ nunquam; historiæ vero tibi tum modo occurrunt, quum Orator rerum præteritarum meminisse auditores volebat. Tanta enim erat in summo viro copia sententiarum, tanta argumentorum, quibus sua probavit, aliorum confutavit consilia, abundantia, ut ejusmodi delectamentis tempus orationi præfinitum perdere nec vellet nec posset. — Jam si complectimur omnia, Lycurgus quidem est probabilis Orator, sed multum distat a Demosthene; verum, quæ ingenii dotes ei deerant, has compensavit φιλαλήθεια, σεμνότης et παῤῥησία, virtutibus, quæ vel maxime commendabunt publice loquentem, sic ut hi, qui hodie ad Populum dicendum prodeunt, si his modo virtutibus ornati sunt, certissime cum fructu et plausu auditorum verba sint facturi. Becker.]

[a] Plutarch. p. 843. C. Photius Cod. CCLXVIII. Suidas contra voc. Λυκοῦργος XIV. Otatt. memorat.

[b] [Vide Fragmenta Lycurgi huic editioni Lycurgearum annexa. Becker.]

quæ et causæ in se habet tractationem gravissimam, est enim tota civilis, quæ et orationis flumine et vi verborum animos nostrum omnium, qui antiquæ et veræ Eloquentiæ imagine excitamur, semper percelluit, non indignam esse judicavi, quam Demosthenicarum omnium fere optimæ [Midianæ] comitem adjungerem. Verumtamen profecto ea laude cum floreat, et tanta gratia sit conscripta, quantam modò prædicavi, et Tu perinde proxime experiendo senties, non aliter tamen aut dissimili conditione hodie evulgasse mihi videor, quam Aldus Manutius, qui jampridem ex bibliothecarum solitudine eruit et typis descripsit primus. Licet enim mos semper fuerit, ut non sine invidia desideraremus, quæ diuturnitatis inclementia nobis eripuit, aliquando tamen accidit, ut non minus studiose negligeremus, quæ reliquerit.

Eam fuisse hujusce Orationis fortunam, quis est, qui nesciat? Nemo sane, præter eos, qui hujusmodi Orationem omnino exstare nesciverunt. Quorum quidem numerus non est contemnendus. Ille autem, ne ultra modum excresceret, curavi, ut neque Exemplarium paucitatem amplius causari potuerint, neque, si fas sit hoc etiam adjicere, eorum mendosam, ut olim, et neglectam conditionem.

Lecturus itaque orationem, fere ultra sortem hujusmodi literarum, quæ tamen diu gravissima fuit, obrutam et sepultam, prius ejus historiolam paucis a me accipe. Laudatur aliquoties ea ipsa oratio, qua hodie utimur in Lexicis Rhetoricis, imprimis in illo Harpocrationis, v. Αὐτόλυκος, Εὐρυμέδων, Ἵππαρχος, Κατάγειν τὰ πλοῖα, et Τυρταῖος. Et, contra quam reliquorum Rhetorum monumentis usu venire solet, ita ab eodem laudatur, qui tamen judex morosior fuisse videtur, una cum cæteris Auctoris nostri Orationibus XIV. ut nullam ei vel levissimam νοθεύσεως suspicionem inureret. Constare enim posse arbitror ex iis, quæ leguntur in Photio Cod. CCLXVIII. et Suida in voce Λυκοῦργος, fuisse olim et alias porro Orationes, quæ huic scriptori, verum mala fide, adscriberentur; accedente autem priscorum hominum Crisi, quæ ambiguorum opusculorum sortem dirimere solebat, jampridem intercidisse vel ipsam memoriam earum omnium, οὐχ εὑρισκομένων ἔτι τῶν ὑπὸ διαβολὴν πεσόντων; ἅπαξ γὰρ ἀποκριθέντες παρεωράθησαν (ut loquitur idem Photius Cod. CCLXII. in causa non dissimili), his tamen XV exceptis. Illæ enim solæ, propter γνησιότητα, ætatem diuturniorem, nam in Vett. monumentis sæpissime adducuntur, idcirco tulere. Verba autem Suidæ sunt: λόγοι δὲ αὐτοῦ εἰσὶν οἱ σωζόμενοι γνήσιοι, sc. eæ, quæ ibi sequuntur. Legebatur porro non minus studiose a Rhetoribus, sive iis, qui artem dicendi literis tradebant; neque ad aliam fortasse alludit Orationem Hermogenes in Judicio, quod de scriptore nostro tulit de forma dic. II. p. 500. ed. Laur. χρῆται δὲ (Lycurgus) πολλαῖς πολλάκις καὶ ταῖς παρεκβάσεσιν ἐπὶ μύθους, καὶ ἱστορίας, καὶ

πρόθηματα φερόμενος: cf. Lyc. c. 20. 23. 24. 26. 28. Citatur deinde disertissime a Strabone l. XIII. p. 601. (Vide Lycurg. c. 15.) ab Athenæo l. XIII. p. 290. (Lycurg. c. 6.) ab Eustathio p. 259. ed. Bas. (Lycurg. c. 15.) a Schol. Aristophan. in Pluto v. 282. (Lycurg. c. 20.) aliisque quam plurimis.

Sub ipsis literis renascentibus A. sc. MDXIII. Græce excudit Aldus Fol. una cum iis, quæ supersunt, Lysiæ, Æschinis etc.[7] — Græce iterum Philippus Melanthon cum præfatione Vitemb. MDXLV. 8. iterumque Lips. MDLXVIII. 8. Latine autem Francof. MDLXVIII. 8. ex officina Petri Brubachii.[8] Eodem tempore, quo Melanthon operam Lycurgo impendit, impendebat etiam literarum studio conjunctissimus Joach. Camerarius Papebergensis, qui et Latinitate donavit, notisque insuper illustravit. Cujus tamen, neque Interpretatio, neque Animadversiones, in hunc usque diem, quod sciam, prodiere. Versio deinde est Ioann. Loniceri Offerani, utrique, tam Melanthoni, quam Camerario, amicissimi, quo Marburgi Cattorum literas Græcas per multos annos docuit, et quam plurimos auctores Latine exposuit, Lycurgum nempe inter alios, et Demosthenem de Pace, quæ Orationes ab illo versæ prodierunt Basil. MDXLVIII. 8. — Græce denique publicavit, inter Oratores, quos ab Aldo expressit Henricus Stephanus Paris. MDLXXV. fol. adjectis margini conjecturis, iis vero paucissimis.[9] Postremo cum

[7] [Aldina, Venetiis a 1513. impressa, constat tribus singulis partibus, sed uno editis anno et mense. Volum. I. continet dedicationem ad Baptist. Egnatium Venetum, subscr. M. Aprili 1513; tum Isocratis Vitam e Plutarcho et Philostrato cum censura Dionysii Halicarnassensis. Sequuntur ejusdem Oratt. XXI. inde a p. 1 — 197. — A pag. 98. (nam pagg. 1 — 97. desunt) Gorgiæ Helenæ encom. Aristidis Panathenaicus, et ejusd. Romæ encomium. — Vol. II. cum novo titulo et dedicatione ad Franciscum Pascoium, in qua Aldus enarrat: Oratores Græcos minores latuisse in monte Atho, inde a Lascari doctissimo homine, Regis Galliæ apud Venetos legato, in Italiam esse advectos. Miserat scilicet ipsum Laurentius Medices in Græciam, ad inquirendos simul, et quantovis emendos pretio, bonos libros. — Id factum est a. 1508, ut Aldus præf. ad Rhetores Græc. Venet. 1508. fol. tradit. Quæ quidem ed. Rhetorum Græcorum perrara, de qua Wolfius V. Ill. existimabat, in Germania unicum servari Heidelbergæ exemplar (v. Analect. IV. 525.), ea quoque, (ut obiter hoc moneam) et plena, exstat in Biblioth. Hamburgensi Gymn. Ioannei, ni fallor e Biblioth. I. Alb. Fabricii. — Sed revertimur ad Nostram. Continet vero Vol. II. Æschinis vitam, Apollonii εἰς Αἰσχ. ἐξήγησ. ejusd. Orat. III. et Lysiæ XXVIII. Vol. III. novo insignitum titulo, sed sine præf. exhibet Andocidem, Isæum, Dinarchum, Antiphontem, Lycurgum, Gorgiæ ὑπὲρ Παλαμ. Lesbonactis II. et Herodis περὶ πολιτείας Orationes. Becker.]

[8] [De Melanchthonianis edd. Vitemb. 1545. et Lips. 1568. nihil statuo; sed Taylorum ed. Francof. nunquam vidisse propterea mihi credibile est, quod ex Officina P. Brubachii non solum Latine, sed etiam Græce exierit Lycurgi Oratio a. 1548. mense Sept. Utor hac editione, cujus inscriptio est: Or. Lyc. contra Leocr. desertorem patriæ, dulcissime de officiis patriæ debitis disserens. Cum præf. Phil. Melanchthonis. Eadem oratio conversa in Latinum sermonem a Phil. Melanoth. — Igitur erravit I. Alb. Fabricius, quum in Bibl. Gr. I. p. 916. negaret, Mel. interpretationem exstare, et Loniceri primam omnium fuisse. Idem.]

[9] [Henric. Stephanus, in Lycurgo, auxilio veterum Codd. plane destitutus, sequebatur Aldinam, sed ita, ut apertos istius errores typographicos tacite emendaret, et suspectis locis conjecturas suas margini apponeret, lectorum judicio eas relinquens. Præf. p. 7. — Latina, quam

Loniceri interpretatione edidit Hanoviæ MDCXIX. 1. typis Wechelianis adjunctis Dinarcho, Lesbonacte, Herode et Demade, Isæo Gruterus.[1] Vir de optimis literis optime meritus.[2]

Causa autem, quam peroravit noster, erat ea, quam proxime eam expositurus. Profligatis ad Chæroneam a Philippo Atheniensibus, allatoque ad urbem fatali illo nuncio, ibi in summa civium trepidatione tulit Populus plebiscitum, rogante Hyperide, quod verbis fere legitimis laudat Lycurgus c. 6.

ΠΑΙΔΑΣ ΚΑΙ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΕΚ ΤΩΝ ΑΓΡΩΝ
ΕΙΣ ΤΑ ΤΕΙΧΗ ΚΑΤΑΚΟΜΙΣΕΙΝ ΤΟΥΣ ΔΕ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΣ ΤΑΥΤΕΙΝ ΕΙΣ ΤΑΣ ΦΥΛΑΚΑΣ
ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΤΩΝ
ΟΙΚΟΥΝΤΩΝ ΑΘΗΝΗΣΙ ΚΑΘ' Ο ΤΙ ΑΝ ΑΥΤΟΙΣ
ΔΟΚΗΙ. —

Eidem plebiscito adjungas quoque et illa, quæ leguntur c. 11.

ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ ΤΟΥΣ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΟΥΣ ΚΑΤΑΒΑΙΝΕΙΝ
ΕΙΣ ΠΕΙΡΑΙΑ ΧΡΗΜΑΤΙΟΥΣΑΝ ΠΕΡΙ ΦΥΛΑΚΗΣ
ΤΟΥ ΠΕΙΡΑΙΩΣ ΚΑΙ ΠΡΑΤΤΕΙΝ ΔΙΕΣΚΕΥΑΣΜΕΝΗΝ
Ο ΤΙ ΑΝ ΔΟΚΗΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΣΥΜΦΕΡΟΝ ΕΙΝΑΙ.

et similiter cap. eodem

ΤΟΥΣ ΜΕΝ ΔΟΥΛΟΥΣ ΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣ (ΕΙΝΑΙ) ΤΟΥΣ
ΔΕ ΞΕΝΟΥΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥΣ ΤΟΥΣ Δ' ΑΤΙΜΟΥΣ ΕΝΤΙΜΟΥΣ.

Nam in una rogatione complectitur Plutarchus in Hyperide,[3] si auctor sit fide dignus, *γράψαι μετὰ Χαιρώνειαν· τοὺς μετοίκους πολίτας ποιήσασθαι, τοὺς δὲ δούλους ἐλευθέρους, ἱερὰ δὲ καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας εἰς τὸν Πειραιᾶ ἀποθέσθαι.* Licet profecto aliquid istiusmodi diserte seipsum tulisse profiteatur Demosthenes de Corona:[4] *Μετὰ τὴν μάχην εὐθὺς ὁ Δῆμος — περὶ*

idem vir doctus promisit, interpretatio, et Annotationes ipsi subjungendæ, quod sciam, nunquam prodierunt. Continet vero Steph. ed. eos tantum Oratores, quos exhibent Vol. II. et III. Aldinæ. IDEM.]

[1] [Henr. Stephani modo vestigia pressit Gruterus; ad calcem sunt additæ emendationes ejusdem Viri doctissimi, ita ut is, qui Steph. possidet, facile careat hac editione. IDEM.]

[2] [Jam sequitur ipsa Tayloriana: Orationes duæ, una Demosthenis contra Midiam, altera Lycurgi contra Leocratem, Gr. et Lat. Recens. emendavit notasque addidit Io. Taylor. Cantabr. 1743. 8. — Post Anglum et ad edit. Taylori ed. in Germania Io. Gottfr. Hauptmann. Lips. 1751. et iterum Lips. 1753. 8. cf. Harles. p. 431. — Reiskius Oratoribus Græc. in eo Vol. quod inscriptum est: Orat. Græcor. Volum. IV. Æschinis Secundum. Lips. 1771. p. 105—242. Repetiit Taylori animadversiones; et locis obscuris suis emendationibus subvenire conatus est. Cæterum Editor Codd. MSS. et in hoc Oratore nullis est usus. — Græce et cum animadvers. Germanicis (potissimum e Tayloro et Reiskio petitis), ed. J. H. Schulze Brunsvic. 1789. 8. min. Postrema fuit ed. Lycurgi Oratio in Leocratem, quam in usum auditorum imprimi curavit B. Thorlacius. Hafn. 1804. 8. In linguam nostram semel modo, et quidem notante Harlesio p. 221. ex Latina Melanthonis versione translata, exstat in Lauterbecks Regentenbuch 1556. 1567. et 1581. fol. — Gallice Lycurgum cum Isæo, Andocide, Dinarcho et Demadis fragmento vertit Angerius, interpres ille et editor Demosthenis, Paris. 1783. 8. IDEM.]

[3] P. 849. A.

[4] Cap. 74.

σωτηρίας τῆς πόλεως τὰς ἐμὰς γνώμας ἐχειροτόνει, καὶ πάνθ' ὅσα τῆς φυλακῆς ἕνεκ' ἐπράττετο, ἡ διάταξις τῶν φυλάκων, αἱ τάφροι, τὰ εἰς τὰ τείχη χρήματα, διὰ τῶν ἐμῶν ψηφισμάτων ἐγίγνετο. Erat interea ex Atheniensibus Leocrates quidam, qui metu tantæ calamitatis perterritus, adeo non patriæ periclitanti suppetias tulerit, ut rebus suis convasatis seipsum una subduceret. Et primo quidem ille Rhodum appellebat, deinde laribus in urbe Megara constitutis octavo demum anno, omni sopito periculo, domum revertitur. Visa est ea causa dignissima, ubi Eloquentiæ nervos intenderet Lycurgus patriæ amantissimus, hominique diem dicit. Cujus judicii eventum nobis conservavit Æschin. contra Ctesiph. c. 39. Ἕτερος δ' ἰδιώτης ἐκπλεύσας εἰς Ῥόδον, ὅτι τὸν φόβον ἀνάνδρως ἤνεγκε, πρώην ποτ' ἀσηγγέλθη, καὶ ἴσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο. εἰ δὲ μιᾷ μόναν μετέπεσεν, ὑπώριστ' ἂν ἢ ἀπέθανεν. Et ne dubitari possis, discimus ab ejus scholiaste inedito,[a] hunc fuisse Leocratem, quem accusavit Lycurgus.

In eadem causa, dissimili licet fortuna, videtur fuisse Autolycus quidam. Cujus accusationis memoriam conservavit Harpocratio, aliique. Quibus adde antiquam Hypothesin hujus Orationis. Et Autolycus quidem, ut discimus infra c. 13. capite plectitur, licet urbem non quidem ipse deseruisset, liberis solummodo et uxore, quorum opera in obsidione esset inutilior, extra Atticam in tuto collocatis.

Erat itidem tertius, qui eodem crimine teneretur, Lycurgo accusante, nomine Aristogiton. Quod priusquam lectori meo probare possim, emendanda sunt veterum scripta. Plutarchus in Lycurgi vita:[b] Εὐθύνας (i. e. Lycurgus) Ἀριστογείτονα, καὶ Κλεωκράτην, καὶ Αὐτόλυκον δουλείας. Qui criminis societate Autolyco conjungebatur, erat *Leocrates* noster, non Cleocrates. Porro autem δουλείας γραφὴν in Attico foro intentatam esse unquam nemo dixerit, nemo est omnium, qui tradiderit: neque, si tradiderint maxime, tractata est ea de his hominibus quæstio. Rescribe itaque: Εὐθύνας Ἀριστογείτονα, καὶ Λεωκράτην, καὶ Αὐτόλυκον δειλίας. Nam ut laudem Æschinem c. Ctesiph. c. 58. Εἰσὶ γὰρ καὶ δειλίας γραφαί. Καίτοι θαυμάσειεν ἂν τις ὑμῶν, εἴ εἰσι φύσεως γραφαί. Εἰσί. Τίνος ἕνεκα; Ἵν' ἕκαστος ἡμῶν τὰς ἐκ τῶν νόμων ζημίας φοβούμενος μᾶλλον ἢ τοὺς πολεμίους, ἀμείνων ἀγωνιστὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὑπάρχῃ.

Quod restat, acta est octavo circiter anno post res Chæronea infeliciter gestas, Olymp. sc. CXII. 3. (a. Chr. 330.) ut liquet ex cap. 11. fine; eodem anno, quo Demosthenes Orationum splendidissimam de Corona peroravit.

[a] [Jam edito ab Im. Bekkero, p. 269. Beckeр.]
τὸν Λεωκράτην τοῦτ', οὗ κατηγόρησε Δημοχάρης. [b] P. 843. D.
διαμένει δὲ καὶ ὁ λόγος ἐνταῦθα πάμπολυς.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΥ

ΒΙΟΣ

ΚΑΤΑ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΝ.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ πατρὸς μὲν ἦν Λυκόφρονος τοῦ Λυκούργου — δν οἱ τριάκοντα τύραννοι ἀπέκτειναν, αἰτίου αὐτῷ τῆς ἀναιρέσεως γενομένου Ἀριστοδήμου Βατῆθεν, ὃς καὶ Ἑλληνοταμίας γενόμενος ἔφυγεν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ —, τὸν δῆμον δὲ Βουτάδης, γένους τοῦ τῶν Ἐτεοβουταδῶν. ἀκροατὴς δὲ γενόμενος Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου, ταπρῶτα ἐφιλοσόφησεν· εἶτα καὶ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος γνώριμος γενόμενος, ἐπολιτεύσατο ἐπιφανῶς, καὶ λέγων καὶ πράττων, καὶ δὴ πιστευσάμενος τὴν διοίκησιν τῶν χρημάτων· ταμίας γὰρ ἐγένετο ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας ταλάντων μυρίων τετρακισχιλίων, ἢ ὥς τινες, μυρίων ὀκτακισχιλίων ἑξακοσίων πεντήκοντα, [καὶ ὁ τὰς τιμὰς αὐτῷ ψηφιζόμενος Στρατοκλῆς ὁ ῥήτωρ] τὸ μὲν πρῶτον αἱρεθεὶς αὐτὸς, ἔπειτα τῶν φίλων ἐπιγραψάμενός τινα αὐτὸς ἐποιεῖτο τὴν διοίκησιν διὰ τὸ φθάσαι νόμον εἰσενεγκεῖν, μὴ πλείω πέντε ἐτῶν διέπειν τὸν χειροτονηθέντα ἐπὶ τὰ δημόσια χρήματα, ἀεί τ' ἐφεστὼς τοῖς ἔργοις διετέλεσε καὶ θέρους καὶ χειμῶνος· καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ πολέμου παρασκευὴν χειροτονηθεὶς, πολλὰ τῆς πόλεως ἐπηνώρθωσε· καὶ τριήρεις παρεσκεύασε τῷ δήμῳ τετρακοσίας· καὶ τὸ ἐν Λυκείῳ γυμνάσιον ἐποίησε καὶ ἐφύτευσε, καὶ τὴν πάλαιστραν ᾠκοδόμησε, καὶ τὸ ἐν Διονύσου θέατρον ἐπιστατῶν ἐτελεύτησε· πιστευσάμενος δ' ἔν παρακαταθήκῃ παρὰ τῶν ἰδιωτῶν διακόσια πεντήκοντα τάλαντα ἐφύλαξε, πομπεῖά τε χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ τῇ πόλει κατεσκεύασε καὶ νίκας χρυσᾶς· πολλὰ δὲ ἡμίεργα παραλαβὼν ἐξετέλεσε, καὶ νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην· καὶ τῷ σταδίῳ τῷ Παναθηναϊκῷ τὴν κρηπῖδα περιέθηκεν, ἐξεργασάμενος τοῦτό τε καὶ τὴν χαράδραν ὁμάλην ποιήσας, Δινίου τινὸς, ὃς ἐκέκτητο τοῦτο τὸ χωρίον, ἀνέντος τῇ πόλει περὶ παντὸς αὐτοῦ χαρίσασθαι Λυκούργῳ· ἔσχε δὲ καὶ τοῦ ἄστεος τὴν φυλακὴν, καὶ τῶν κακούρ-

Βατῆθεν] Βατταῖθεν. SALMAS.

Καὶ ὁ - - - ῥήτωρ] Uncis hanc includendo secutus eram Wyttenb. qui ea perperam hoc inversta censet e Psephismate tertio. Reiskius pro καὶ legendum conjecit ὃν δὲ. HUTTEN.

Θέατρον] Reiskius nomen ejus, qui legem illam tulerat, excidisse suspicatur, nisi Lycurgus ipse legis auctor fuerit. IDEM.

Τὸ ἐν Δ. θέατρον ἐπιστατῶν] L. τῷ ἐν Δ. θεάτρῳ ἐπιστατοῦν. REISK.

Τε καὶ] F. ἔτι δὲ καὶ. IDEM.

Περὶ παντὸς αὐτοῦ χαρίσασθαι] L. καὶ περιποιήσας, αὐτὸ χαρίσασθαι. IDEM. L. περιποιήσας, αὐτὸ χαρίσασθαι. WYTTENB. Cum Turnebo legendum χαρισαμένου. OSANN.

γων τὴν σύλληψιν, οὓς ἐξήλασεν ἅπαντας, ὡς καὶ τῶν σοφιστῶν ἐνίους λέγειν, Λυκοῦργον οὐ μέλανι, ἀλλὰ θανάτῳ χρίοντα τὸν κάλαμον κατὰ τῶν πονηρῶν, οὕτω συγγράφειν· ὃν ἐξαιτηθέντα αὐτὸν ὑπ' Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως ὁ δῆμος οὐ προήκατο· καθ' ὃν δὲ χρόνον ἐπολέμει Φίλιππος πρὸς Ἀθηναίους τὸν δεύτερον πόλεμον, ἐπρέσβευε μετὰ Πολυεύκτου καὶ Δημοσθένους εἴς τε Πελοπόννησον καί τινας ἑτέρας πόλεις. διετέλεσέ τε τὸν ἅπαντα χρόνον εὐδοκιμῶν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις καὶ δίκαιος εἶναι νομιζόμενος, ὥστε καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις τὸ φῆσαι Λυκοῦργον ἐδοκεῖ βοήθημα εἶναι τῷ συναγορευομένῳ· εἰσήνεγκε δὲ καὶ νόμους, τὸν περὶ τῶν κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς Χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἄστυ καταλέγεσθαι, πρότερον οὐκ ἐξόν, ἀναλαμβάνων τὸν ἀγῶνα ἐκλελοιπότα· τὸν δὲ, ὡς χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν ποιητῶν, Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, Εὐριπίδου, καὶ τὰς τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῷ γραψαμένους φυλάττειν, καὶ τὸν τῆς πόλεως γραμματέα παραναγινώσκειν τοῖς ὑποκρινομένοις· οὐκ ἐξεῖναι γὰρ αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι· καὶ τρίτον, μηδένι ἐξεῖναι Ἀθηναίων, μηδὲ τῶν οἰκούντων Ἀθήνησιν, ἐλεύθερον σῶμα πρίασθαι ἐπὶ δουλείᾳ ἐκ τῶν ἁλισκομένων ἄνευ τῆς τοῦ προτέρου δεσπότου γνώμης. ἔτι δὲ, ὡς τοῦ Ποσειδῶνος ἀγῶνα ποιεῖν ἐν Πειραιεῖ, κυκλίων χόρων οὐκ ἔλαττον τριῶν, διδόσθαι μὲν τοῖς νικῶσιν οὐκ ἔλαττον δέκα μνᾶς, τοῖς δὲ δευτέροις ὀκτὼ, ἓξ δὲ τοῖς τρίτοις κριθεῖσιν· ἐπὶ ζεύγους μὴ ἀπεῖναι γυναῖκα Ἐλευσίναδε, ὅπως μὴ ἐλαττῶνται ὑπὸ τῶν πλουσίων· εἰ δέ τις φωραθείη, ἀποτίνειν δραχμὰς ἑξακισχιλίας· τῆς δὲ γυναικὸς αὐτοῦ μὴ πεισθείσης, τῶν συκοφαντῶν φωρασάντων, τάλαντον αὐτοῖς ἔδωκε. κατηγορούμενος δ' ἐν ὑστέρῳ ἐν τῷ δήμῳ ἔφη· ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν διδοὺς, οὐ λαμβάνων ἑώραμαι. τελώνου δέ ποτ' ἐπιβαλόντος Ξενοκράτει τῷ φιλοσόφῳ τὰς χεῖρας, καὶ πρὸς τὸ μετοίκιον αὐτὸν ἀπαγαγόντος, ἀπαντήσας ῥάβδῳ τε κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ τελώνου κατήνεγκε, καὶ τὸν μὲν Ξενοκράτην ἀπέλυσε, τὸν δὲ ὡς οὐ τὰ πρέποντα δράσαντα εἰς τὸ δεσμωτήριον κατέκλεισεν. ἐπαινουμένου δ' ἐπὶ τῇ πράξει, μεθ' ἡμέρας τινὰς συντυχὼν ὁ Ξενοκράτης τοῖς παισὶ τοῦ Λυκούργου ἔφη· ταχέως γε τῷ πατρὶ ὑμῶν ἀπέδωκα, ὦ παῖδες, τὴν χάριν· ἐπαινεῖται γὰρ ὑπὸ πολλῶν ἐπὶ τῷ βοηθῆσαί μοι. εἰσήνεγκε δὲ

Λυκοῦργον οὐ μέλαν, ἀλλὰ θανάτῳ χρίοντα τὸν κάλαμον] Simile Demadis dictum de Draconе Tzetzes Chil. 5. 347. refert:

Ἔλεγεν, ἄνδρες δικασταὶ, Δράκων ὁ νομοθέτης
Οὐ μέλανι, δι' αἵματος τοὺς νόμους δὲ χαράξαι. Osann.

Συγγράφειν] Scil. τὰς καταδίκας. Reisk. Τὸν πατρὶ] F. τὸν μὲν τὸν παρὰ —. Idem.

Χύτροις] Χύτροι tertia dies festi, Anthesteria dicti. Hutten.

Καταλέγεσθαι] Καθίναι corrigit Vales. ad Harpocr. p. 116. Wyttenb.

Ἀποδῶναι] Reiskius mavult inseri δῦ, addens tamen, saepius ὡς cum infin. junctum reperiri. Hutten.

Αὐτὰς] Reiskius mavult αὐτοὺς, ipsos scribas, vel tabularum custodes. Wyttenb. susp. καὶ οὐκ ἐξεῖναι παῖς' αὐτὰς —. Idem.

Διδόσθαι] F. δὲν διδόσθαι. Reisk.

Ὅπως μὴ - - - πλουσίων] Xyland. vertit: ne a divitibus pauperes superentur. Ad eundem sensum Kaltw. Aliter explicat Perison. ad Æl. V. H. l. xiii. 24., ut ἐλαττῶνται ad ipsos viros referatur, non ad feminas. Hutten.

Ἑώραμαι] Wyttenbachius στερέσμαι suspicatur: si quid mutandum, legerim ἰάλαμαι. Osann.

καὶ ψηφίσματα Εὐκλείδῃ τινὶ Ὀλυνθίῳ χρώμενος ἀκανωτάτῳ παρὰ τὰ ψηφίσματα. εὔπορος δ' ὢν, ἱμάτιον ἓν καὶ τοιοῦτο ἐφόρει τοῦ χρηματίνου καὶ τοῦ θέρους, καὶ ὑποδέδετο ταῖς ἀναγκαίαις ἡμέραις. ἐμελέτα δὲ καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, οὐκ εὖ πρὸς τὰ αὐτοσχέδια πεφυκὼς, πλινθίου δ' αὐτῷ ὑποκειμένου, ἐφ' ᾧ μόνον ἦν κώδιον καὶ προσκεφάλαιον, ὅπως ἐγείροιτο ῥᾳδίως καὶ μελετῴη. ἐγκαλοῦντος δ' αὐτῷ τινὸς, ὅτι μίσθους σοφιστικοὺς δίδωσι παρὰ λόγους διατρίβων· ἀλλ' εἴ τίς γε ἐπαγγέλλοιτο, ἔφη, τοὺς υἱοὺς ἀμείνους αὐτῷ ποιήσειν, οὐ χιλίας ἀλλὰ τὰ ἡμίσεα τῆς οὐσίας προέσθαι. ἦν δὲ καὶ παῤῥησιαστὴς διὰ τὴν εὐγένειαν Ἀθηναίων γέ τοί ποτε οὐκ ἀνεχομένων αὐτοῦ δημηγοροῦντος, ἀνέκραγεν ἐκβαλλόμενος· ὦ Κερκυραία μάστιξ, ὡς παλαιὸν τελάντων εἰ ἀξία. πάλιν δὲ θεὸν ἀναγορευόντων Ἀλέξανδρον καὶ πυθοῖτο ἄν, εἶπεν, ὁ θεὸς, οὗ τὸ ἱερὸν ἐξιόντας δήσει περιῤῥήγνυσθαι; ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ παρέδωκαν τοὺς παῖδας τῇ δηδικᾷ, Μενεσαίχμου μὲν κατηγορήσαντος, γραψαμένου δὲ Θρασυκλέους. Δημοσθένους δὲ, καθ' ὃν ἔφυγε χρόνον, ἐπιστείλαντος τοῖς Ἀθηναίοις, ὡς κακῶς ἀκούοιεν ἐπὶ τοῖς Λυκούργου παιδίοις, μετενόησαν, καὶ ἀφῆκαν αὐτοὺς, Δημοκλέους, τοῦ Θεοφράστου μαθητοῦ, ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογησαμένου. ἐτάφη δ' αὐτὸς καὶ τῶν ἐγγόνων τινὲς δημοσίᾳ· καὶ ἔστιν αὐτῶν τὰ μνήματα ἔντιμα τῆς Παιωνίας Ἀθηνᾶς ἐν τῷ Μελανθίου τοῦ φιλοσόφου κήπῳ, τράπεζαι πεποιημέναι, αὐτοῦ τε τοῦ Λυκούργου καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ ἐπιγεγραμμέναι, καὶ εἰς ἡμᾶς ὅτι σωζόμεναι. τὸν μέγιστον χίλια δεκάδια τάλαντα προσόδου τῇ πόλει κατέστησε, πρότερον ἑξήκοντα προσιόντων. μέλλων δὲ τελευτήσειν, εἰς τὸ μητρῷον καὶ τὸ βουλευτήριον ἐκέλευσεν αὐτὸν κομισθῆναι, βουλόμενος εὐθύνας δοῦναι τῶν πεπολιτευμένων· σὐδενὸς δὲ κατηγορῆσαι τολμήσαντος πλὴν Μενεσαίχμου, τὰς θαβολὰς ἀπολυσάμενος, εἰς τὴν οἰκίαν ἀπεκομίσθη, καὶ ἐτελεύτησεν, ἐπικὰς νομισθεὶς παρὰ πάντα τὸν βίον, καὶ ἐν λόγοις ἐπαινεθεὶς, καὶ μηδένα ἀγῶνα ἄλλους. κατέστησαν δὲ πολλῶν κατηγορησάντων. ἔσχε δὲ τρεῖς παῖδας ἐκ Καλλιστοῦς, τῆς Ἀβρώνου μὲν θυγατρὸς, Κλεάνδρου δὲ τοῦ Ἀβρώνου βατῆθεν ἀδελφῆς, τοῦ ταμιεύσαντος στρα-

πράγματα] Suspectum est hoc vocabulum Reisk. Quaerit, num περὶ τὰ χρήματα vel δανείσματα. HUTTEN.

Ἀναγκαίας ἡμ.] F. ἀναγκαίαν μέν ἡμ. REISK. WYTTENB. *Necessarii dies*, autore Casaub. ad Theophr. Char. 10., sunt illi, in quibus facere aequis, quia calceos gestes, per itineris voti. causam, aut frigoris, aut vim lutosae aut asperae. HUTTEN.

Τὰ ἡμίσεα] Legendum esse τὸ ἥμισυ, alii viderunt. OSANN.

Πρόσθαι] F. προίεσθαι. REISK.

Ὦ Κερκ. μάστιξ] Locutio proverbialis, de qua cf. Erasm. adag. p. 315. HUTTEN.

Περιῤῥήγνυσθαι] Quia scil. Alexander erat parricida et alias scelestus, latro teterrimi generis humani. REISK.

Θρασυκλέους] Probabilis est Rahnkenii Hist. crit. orator. p. LXXX. conjectura Μενεκλέους. OSANN.

Τράπεζαι πεποιημέναι] Apposite Cicero de legg. 2. 26. 65. "mensae supra terram tumulum nolebit [Demetrius Phal.] quid statui nisi cubitalem, tribus cubitis ab altiorem, aut mensam, aut labellum." IDEM.

Τὸ μέγιστον] Reiskio judice videtur hic aliquid deesse, e. c. τῶν ἔργων αὐτοῦ τὸ μέγιστον, ὅτι χίλια — idem deinde legendum censet πρόσοδον et ἑξακόσιον. Wyttenb. suspicatur hoc est et numeris vitiosum et perperam superioribus repugnans. HUTTEN.

Δηδικῇ] L. Δηλιάδῃ. SAUPPE. REISK.

Στρατηγήσαντος] L. al. στρατηγοῦντος, scil. Ἀργείων. SAUPPE.

τιωτικῶν ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος. περὶ δὲ τῆς κηδείας ταύτης λέγει ὁ Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Παστίου. κατέλιπε δὲ παῖδας Ἄβρωνα, Λυκοῦργον, Λυκόφρονα, ὧν ὁ Ἄβρων καὶ ὁ Λυκοῦργος ἔπαιδες μετήλλαξαν· ἀλλ' ὅ γε Ἄβρων καὶ πολιτευσάμενος ἐπιφανῶς μετήλλαξε, Λυκόφρων δὲ, γήμας Καλλιστομάχην Φιλίππου Αἰξωνέως ἐγέννησε Καλλιστώ. ταύτην δὲ γήμας Κλεόμβροτος Δεινοκράτους Ἀχαρνεὺς, ἐγέννησε Λυκόφρονα· τοῦτον δὲ ὁ πάππος εἰσεποιήσατο Λυκόφρων· οὗτος δ' ἐτελεύτησε ἄπαις. μετὰ δὲ τὴν Λυκόφρονος τελευτὴν ἔγημε τὴν Καλλιστὼ Σωκράτης, καὶ ἔσχεν υἱὸν Σύμμαχον· τοῦ δ' ἐγένετο Ἀριστώνυμος· τοῦ δὲ Φιλίππη· ταύτης δὲ καὶ Λυσάνδρου Μήδειος, ὁ καὶ ἐξηγητὴς ἐξ Εὐμολπιδῶν γενόμενος· τούτου δὲ καὶ Τιμοθέας τῆς Γλαύκου παῖδες, Λαοδάμεια καὶ Μήδειος, ὃς τὴν ἱερωσύνην Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως εἶχε, καὶ Φιλίππη, ἥτις ἱεράσατο τῆς Ἀθηνᾶς ὕστερον πρότερον δ' αὐτὴν γήμας Διοκλῆς ὁ Μελιτεὺς, ἐγέννησε Διοκλέα, τὸν ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας στρατηγήσαντα· γήμας δ' οὗτος Ἡδίστην Ἄβρωνος, Φιλιππίδην καὶ Νικοστράτην ἐγέννησε· γήμας δὲ τὴν Νικοστράτην Θεμιστοκλῆς ὁ Θεοφράστου, ὁ ᾳδαῦχος, ἐγέννησε Θεόφραστον καὶ Διοκλέα. διετάξατο δὲ καὶ τὴν ἱερωσύνην τοῦ Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως. φέρονται δὲ τοῦ ῥήτορος λόγοι δεκαπέντε. ἐστεφανώθη δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου πολλάκις, καὶ εἰκόνων ἔτυχεν· ἀνάκειται δ' αὐτοῦ χαλκῆ εἰκὼν ἐν κεραμεικῷ κατὰ ψήφισμα ἐπ' Ἀναξικράτους ἄρχοντος· ἐφ' οὗ ἔλαβε καὶ σίτησιν ἐν πρυτανείῳ αὐτός τε καὶ ὁ Λυκοῦργος καὶ ὁ πρεσβύτατος αὐτοῦ τῶν ἐκγόνων κατὰ τὸ αὐτὸ ψήφισμα. ἀποθανόντος τε Λυκούργου ὁ πρεσβύτατος τῶν παίδων, Λυκόφρων, ἠμφισβήτησε τῆς δωρεᾶς. εἶπε δὲ καὶ περὶ ἱερῶν πολλάκις, γραψάμενος Αὐτόλυκον τὸν Ἀρεοπαγίτην, καὶ Λυσικλέα τὸν στρατηγὸν, καὶ Δημάδη τὸν Δημίου, καὶ Μενέσαιχμον, ἄλλους τε πολλοὺς, καὶ πάντας εἶλεν. ἔκρινε δὲ καὶ Δίφιλον ἐκ τῶν ἀργυρίων μετάλλων τοὺς μεσοκρινεῖς, οἳ ἐβάσταζον τὰ ὑπερκείμενα βάρη, ὑφελύντα, καὶ ἐξ αὐτῶν πεπλουτηκότα παρὰ τοὺς νόμους· καὶ θανάτου ὄντος ἐπιτιμίου, ἀλῶναι ἐποίησε, καὶ πεντήκοντα δραχμὰς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν διένειμε, τῶν πάντων συναχθέντων ταλάντων ἑκατὸν ἑξήκοντα, ἢ (ὥς τινες) μνᾶν. ὁ δὲ εὐθύνας Ἀριστογείτονα καὶ Λε-

Παστίου] Reisk. susp. Πασίου. Wyttenb. [Osann.] judice, Πιστίου recte corrigunt Meurs. lect. Att. iii. 5. et Vales. Harpocr. p. 15. HUTTEN.

Ὀπλίτας] Reisk. hoc nomen suspectum. Quærit, num Φασυλίτας, addens ex his genealogiis colligi posse, auctorem hujus libelli non Bœotum, sed Atheniensem fuisse. IDEM.

Καὶ ὁ] Reiskius delendum censet; Wyttenbachius solum καί. IDEM.

Περὶ ἱερῶν] Non debebat hunc titulum Reiskius in suspicionem vocare: de Lycurgi oratione περὶ ἱερείας, sive ἱερατείας, sive ἱερωσύνης inscripta v. Schulzii *Einleitung zu Lykurgs Rede* p. 33. Adde Zonaræ Lex. T. I. p. 880. Photii Lex. v. ἱέρη p. 220. v. πρυτάνεια p. 343. (cf. Phavorin. h. v. p. 1585. 8. ed. Basil.) v. τραπεζοφόρος p. 439. et Priscian. 18. p. 1198. 48. Vide denique Beckerum ad Lycurg. fragm. XII. OSANN.

Ἢ (ὥς τινες) μνᾶν] Wyttenb. judice, videntur posita fuisse ab auctore proxime post διένειμε. HUTTEN.

Ὁ δὲ εὐθύνας] L. δὲ ὁ εὐθ. *hic est ille, qui controversiam liberi status movit.* REISK. Wyttenb. judice, vitiosum est. HUTTEN.

Λυκράτην καὶ Αὐτόλυκον διελίας] Ita scite Taylorus Præfat. ad Lycurg. p. 373.

superat; quam mirificam dispositionis inventionem, praesertim in ejus Orationibus judicialibus, quisque, qui diligenter ejus causas exploraverit, admirabitur.[2]

Quæ artificia Lycurgus vel ignoravit, vel contempsit. Et in hac gravissima Leocratis accusatione judicum animos ad suam sententiam pertrahere speravit vi veritatis, sensu recti, et Orationis gravitate. Integritati vitæ et auctoritati, qua in civitate fruebatur, confidens, hujus causæ periculum suscepit.

Sed paucis litis occasionem declarabimus.

Leocrates, civis Atheniensis, opulentus et illustris, patre honestissimo natus (c. 35.), statim post pugnam ad Chæroneam *infeliciter* gestam, in qua sine dubio ipse cum cæteris pugnaverat *civibus*, calamitate Reipublicæ perterritus, ejusque saluti diffidens, Athenas relinquere constituit. Navem igitur e portu jam exeuntem nocta conscendit, rebusque suis clam in eam comportatis Rhodum navigavit. Hic, quum aliquid temporis commoratus esset, reditum in patriam veritus, Megara se contulit. In ea civitate, postquam Athenis domum, servos, cæterasque possessiones vendiderat, sex annos vixit. Tandem octavo in patriam rediit anno, sive spe ductus, fore, ut nemo recordetur fugæ suæ: sive, quod magis probabile est, fretus auctoritate eorum civium, qui tum, quum absente Alexandro Antipater Græcorum res administraret, Macedonibus favebant.[3] Sed exstitit Lycurgus, et quidem solus, qui eum sine causæ subscriptoribus accusabat: ille vero in hac causa capitali patronos illustres nactus est et potentes (c. 35.), qui reum graviter defendebant, quorumque auxilio, sed ægre, ut videtur,[4] absolutus est. Hic autem rei eventus signum est clarissimum morum corruptionis in civitate Atheniensium, quæ intra paucos annos mirum in modum creverat: nam paulo ante cives, qui nostri similes tempore isto calamitoso urbem deseruerant, retracti, a judicibus proditionis damnati, et morte erant mulctati. Quæ quidem omnia tanto cariorem nobis faciunt Orationem senis optimi: est enim ultima fere omnium, quæ supersunt e civitate Atheniensium libera, in qua vocem audimus viri integerrimi, civium animos ad sensum recti et honesti erigentem; quo sensu retento res publica servari, et e calamitatibus, quibus erat depressa, denuo emergere potuisset. Isto contra animo magis magisque evanescente, et penitus demum exstincto — quod tale judicium de convicto patriæ desertore manifeste prodit — haud amplius cives rempublicam liberam tueri valebant.

[2] Talia monet idem Hermogenes Inv. III. 1. super oratione Demosthenis de falsa legatione; in qua praescriptum ordinem e consilio mutaverit callidissimus Orator. Nec minus artificiose composita est Oratio de Corona.

[3] Cf. quæ monuimus in Demosth. als Staatsmann u. Redner I. p. 109. sqq.

[4] Æschin. c. Ctesiph. p. 646. ed. Reisk.

Exordium Orationis (c. 1—5.) incipit a precatione deorum,[a] ut certamen hocce salutare sit Reipublicæ. Tum transit Orator ad deprecationem invidiæ; cum enim omnis accusatio odiosa sit, imprimis studiose exorsat sententiam: "accusatorem non minus munimentum esse R. P. quam leges et judices; quare, cum cognoviset, Leocratem desertorem esse patriæ et pœnis obnoxium gravissimis, se sine ira et studio privato instituisse causam publicam, si quidem hujus viri scelus non unam R. P. partem, sed totam complectatur, et propterea universæ posteritati in eo puniendo exemplum proponi debeat. Quum vero tanti sceleris pœna legitima nondum sit constituta, et extremum supplicium levius videatur, quam Leocratis facinus, adhortatur judices, ut novæ legis conditores fiant sententiam suam pronunciaturi: si enim Leocratem condemnaverint, non solum hic justa affectus fuerit pœna, sed quoque reliqui cives et posteri ad pietatem erga patriam revocarentur. Fiat igitur accusatio justa, et judicium justum. In accusatione nil extra præsens negotium dicatur, ut multi facere solent; imo omnes imitari debeant Areopagum in quo cuncta juste, ut omnes fatentur, pertractari solent."—Nec obscura manebunt judicum suffragia, quum Leocrates multis et ubique fere notus est. Ejus causam pœnamque tota intuebitur Græcia; propterea tanto gravius de isto statuendum. Benevole autem Orationem judices audiant, nec graviter ferant, si calamitatum istarum memoriam renovare hac ipsa causa cogatur Orator.

Narratio, quam testimoniis immistis confirmat (c. 6—13.), in tres singulas divisa est partes, quarum

1. Enarrat, Leocratem post Hyperidis decretum, quo sit statutum, ut pueri mulieresque ex agris intra murum adducantur, duces vero præsidia disponant, omnesque ducibus pareant cives, clam nocte per parvam portam medio in litore egressum, suaque omnia navi imposuisse, Rhodumque sufugisse, ubi famam sparserit, Athenas captas esse ab hostibus, Piræeum vero oppugnari, seque unum feliciter evasisse. Quo nuncio adducti erant Nautæ ac Mercatores, qui inde Athenas navigare vellent, frumentum Rhodi exponere.

Testes provocat vicinos accusati, eosque, qui tunc Rhodi vixerunt, tum Phyrcini cujusdam invocat testimonium. Ibi statim, ὡς ἐν παρόδῳ, præmonet de testium solita tergiversatione, quæ frustra fiat, si judices serio postulent, ut isti adscendant; sin id nihilominus recusent, in jus se vocaturum, actor affirmat. (c. 7.)

2. Jam altera Narrationis parte evincit: Leocratem, relicta Rhodo, Megara se contulisse, ubi amplius quinquennio vixerit, pa-

[a] Præter Lycurgum modo Demosthenes, et hic semel tantum, Orationem de Corona. incipit a precibus deorum, sc. Orationem

tronum illic nactus; domum vero, servos, reliquique Athenis vendidisse ope Amyntæ uxoris mariti, ubique perpetuum exilium indixisse. Quæ singula iterum testimoniis confirmantur; ab Oratore vero vehementius accusato exprobrantur. (c. 8.)

3. Tertia vero Narrationis parte ostendit: Leocratem, dum in civitate Megarensium viveret, opes suas ex urbe avectas impendisse, ut frumentum emeret ex Epiro, idque lucri causa ceteris vendidisse Græcis. At lex prohibet, civem Atticum frumentum alio, nisi Athenas, vehere. Igitur Leocrates triplicis convictus sceleris severissime punitur.

Accedit porro Lycurgus ad expositionem argumentorum, quibus docet, justissimam se instituisse Leocratis accusationem. (cf. c. 1.) Hinc 1. exponit: 'per denunciationem a Leocrate flagitasse, ut traderet servos ancillasque ad quæstionem;' cui denunciationi ille nequaquam paruisset, male sibi conscius, metuensque, ne ex eadem familia reus et testes producantur. Nam si quis negat, accusationem piam esse, hunc oportet servos postulanti ad quæstionem tradere, nec ullo modo defugere certissimum innocentiæ argumentum; quod cum faciat Leocrates, ipse fatetur se patriam prodidisse. (c. 9.) — Deinde 2. enarrat, 'Leocratem maximo R. P. calamitate et ingenti ejus periculo patriam turpiter deseruisse,' quod pulcre et oratorie exornat, ostendens, hunc nihil tum eorum fecisse, quæ ceteri omnes paratissimo animo ad defendendam urbem et conservandam R. P. exegerint; nec interfuisse funeri fortissimorum virorum, qui pro patriæ libertate dimicantes occubuerint, ita, ut quantum in isto fuerit, interfecti sepultura sint privati. Quo loco digreditur ad laudationem honestissimorum civium, qui ad Chæroneam pugnantes interfecti sint; qua digressione, persimili epitaphiis Lysiæ, Platonis, Thucydidis vel Demosthenis, splendorem eloquentiæ ostendit Lycurgus; is vero locus terminatur illustri Atheniensium laude, quod insignibus soleant ornare honoribus eos, qui virtute inclaruerint. Igitur non iniquum justum esse, proditores patriæ extremis afficere supplicüs (c. 11. 12.)

Denique 3. accusationis justitiam demonstrat exemplis a senatu *Areopagitico* petitis, qui tum temporis cives nonnullos fugientes et retractos, tanquam hostes R. P. interfici jussit; *a populo*, qui per judicium publicum Autolycum, reum multo minoris criminis, capitis damnavit; *a decreto* denique *populi*, quo definitum, ut discedentes et communem periculum fugientes proditionis convicti ducerentur, et ultimis afficerentur pœnis retracti. His igitur ostendit, Leocratis accusationem et justam esse, et legitimam; (c. 13.) illum vero læsæ majestatis populi reum, et pœna gravissima dignum.

Quibus peractis Orator ad refutationem argumentorum transit, quibus Leocratis et ejus patroni ad excusandum facinus defensionis uti poterant (c. 14—17.).

Lacedæmoniorum cum Messeniis bellum. 211, 8.
Leocrates, in quem oratio Lycurgi tota invehitur, 135. sq. pater ejus fuit vir de rep. bene meritus et statua eneæ cohonestatus. 234, 10.
Lysicles. 153, pen.
Menelaus legatione ad regem Persarum functus. 154, p.
Messeniorum cum Lacedæmoniis bella. 211, 9.
Pausanias rex Lacedæm. proditionis et affectatæ tyrannidis reus, fame necatus. 226, 8.
Phrynichus tyrannus et proditor. 217, 9.
Phyrkinus. 149, pen.
Praxithea, filia Cephisi, uxor Erechthei. 202, 2.
Thracum cum Eumolpo adversus Atticam expeditio. 201, ult.
Thrasybulus, qui Phrynichum occidit. 217, 11.
Timocharis Acharnensis. 153, 7.
Triginta tyranni. 223, 11.
Tyrtæus. 211, 15.
Xerxes. 185, 5.

INDEX GEOGRAPHICUS

AD LYCURGUM.

Acharnensis. 153, 7.
Acte, regio quædam Athenis, forsan in Piræeum protensa. 148, 4.
Ætna mons. 199, 15.
Andrus. 171, 4.
Chæronea. 173, 3.
Chalcioeci [Minervæ] fanum Spartæ. 226, ult.
Cholargensis. 154, pen.
Ciliciam dicuntur Athenienses devastasse. 187, 1.
Cyaneæ. 187, ult.
Decelea. 221, 2.
Delphi. 194, pen. 202, 4.
Epidaurus. 171, 5.
Eurymedon. 187, 2.
Hellas, tractus ille maris Ionio proteensus, ubi est Ætolia et Acarnania. 156, ult.
Marathon. 210, 12. 215, pen.
Megara. 152, 8.
Messene. 182, 9.
Oleriæ. 217, 10.
Phasis. 187, ult.
Phœnicen dicuntur Athenienses devastasse. 187, 1.
Rhodus. 149, 2.
Salamis. 185, 5. 221, pen.
Sicilia. 199, 13.
Thermopylæ. 215, 4.
Trœzen. 171, 5.
Troja. 182, 5.
Xypetæensis. 152, ult.

ΔΗΜΑΔΗΣ.

HAUPTMANNI
DISSERTATIO
DE
DEMADE.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

I. Demadis genus. II. indoles. III. educatio et prior vitæ modus. IV. administratio reipublicæ. V. fortunæ et fata. VI. eloquentiæ conditio. VII. sententiæ. VIII. Quid ipsi scriptorum tribuatur; ac singulatim de oratione ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας. IX. Quibus argumentis fragmentum illius orationis, hodieque superstes, Demadi vindicetur. X. quibus argumentis suppositum videatur. XI. Ejusdem dispositio.

I. Duo nobis Demades oratores, patrem et filium, sistit Suidæ collectio, hic sicubi parum sibi constans; ni codicum diversæ, tam barbaris sæculis, observationes confusionem intulerunt. Miscetur enim æque Demades, post Antipatrum regnans, qui Thebas instaurarit, quod Cassandrum, Antipatri filium, fecisse constat; et prioribus plane perturbata tribuuntur. Quoniam igitur antiquiores solum Demeam filium appellant: in uno pariter Demade subsistimus, qui, cum jam ad Philippum mittere filium potuisset, anno postremo Antipatri necabatur. Is Atheniensis erat, e Laciadis, Œneidis tribus populo, trahens originem, filius Demadis, ut in orationis ipsi tributæ fragmento legimus §. 16. Quatenus vero, non præter causam, Demeam patrem aliquis nominat, hariolari licet, nostrum nepotem aliquis nominat, hariolari licet, nostrum nepotem habuisse, Cassandri tempore celebrem. Quod pater nostri vir fuerit obscurus, etiam Ælianus V. H. XII. 43. prodit. Sed addens idem: Κλεοφῶντος καὶ Δημάδου, καίτοι προστατῶν γενομένων τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, οὐδεὶς ἂν εἴποι ῥᾳδίως τοὺς πατέρας, quid sibi velit, ignoro. Ipse quoque Demades haud oratorem monstrat, sed pauperem ac laboribus suis infirmitatem vitæ sustentantem, quibus et, vel ab obitu patris, quod ex fragmenti loco probari posse videtur, vel ab ipso commotus, filius operam dabat. Quantumvis subjecta Demadi foret isthæc oratio, nihilo minus ea justiorem fidem referret, aliorum quoque testimoniis fulta, quam Ælianus, forte majores generatim, aut illustria patrum in rempublicam merita, spectans, aut omnino quidquam modo dans argumento

suo, *περιφανεῖς ἐξ ἀσήμων* designaturus. Suidas porro, quatenus matrem tibicinam vocat, ac meretricem, ut Demeam cum Demade, sic matrem cum uxore, vel pellice, confundit. Faciunt hac in parte nobiscum Plutarchus et Athenæus, qui simul sermonem narrant, quo pater filio dicit; cum ipse matrem ejus duxerit, illud nec vicinum sensisse, Demeæ nuptiis reges ac principes necessaria suppeditare. Potuit igitur Hyperides et alloqui Demeam increpando: *Οὐ σιωπήσῃ μειράκιον μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα;* Fuit enim et filius orator, qui præ cæteris, cum Callicle, Diopethen Sunium a periculo capitis liberavit, v. Io. Tzetzes histor. chil. VI. 98. 104. contra quem pariter ac patrem duas orationes, quæ perierunt, habuit Hyperides.

II. Eæ quidem narrationes nos aliquatenus ad Demadis indolem considerandam deducunt. Generatim vividam habuit. Ingenium e sales patet; judicium e rebus ab ipso peractis; ex iis, quæ de oratoria ejus facultate memorantur, utrumque. Prodebat *εὐστοχίαν* in reprehendendo, seque, magna *παῤῥησίᾳ*, vel regum ludibriis, opponebat; quippe cum admiranda vis orationum omnia permulceret. Adamabat quidem pacem; ut vere Tzetzes v. 19. scribere posset:

\- - *Ὑπῆρχεν ἐραστὴς εἰρήνης ὁ Δημάδης.*

Neque tamen spernebat bellum, aliquando dux militaris constitutus. Pertinet huc, quod Ælianus V. H. XIV. 10. notat, ubi simul paludamentum, a Phocione rogatum, lividam Demadis arrogantiam ostendit. Istam et Plutarchus innuit, qui, tam in reip. ger. præc. §. 7. quam in Vita Demosthenis, §. 11. Demadis illud refert: 'Corrigere me vult Demosthenes, sus Minervam.' Scilicet in Demosthenem præcipue noster invidiam effudit. Unde Sidonius Apollin. VIII. 1. de Demade et Antonio, Demosthenis illo, hoc Ciceronis adversario, testatur, quod, "lividi cum fuerint, malitiæ claræ, dilectionis obscuræ, tamen ad notitiam posterorum, per odia virtutum, decurrerint." Licet Demosthenes, ut auctor est Plutarchus l. c. §. 8. fin. quia non ausus est ex tempore dicere, nunquam juverit Demadem; Demosthenem, tumultibus populi perculsum, subito surgens, sæpe Demades. Jure quoque suo Suidas *πανοῦργον*, *astutum*, nominat; neque perfidum minus: id quod omne curriculum vitæ significabit. Avaritiæ testem invenimus Plutarchum, tam in apophthegm. t. viii. p. 110. ed. Hutten. quam in Vita Phocionis, §. 30. ubi dictum ab Antipatro refert, duo se amicos Athenis habere, Phocionem ac Demadem, quorum alterum nunquam adducere potuisset, ut missa dona acciperet, alterum nunquam muneribus exsaturasset. Inde tamen, Suida teste, *εὔπορος πανὺς*, luxuriosus evadebat et impurus, qui de parte altera profudit, quod corruserat ab altera. Novimus Demosthenis responsum, cum sese Minervam nuncupasset Demades: 'Ista quidem (ait) Minerva proxime fuit in

adulterio deprehensa.' Novimus ex Athenæo II. 2. quod Pytheas asseverarit, Demadem, lenocinàtum, ebrium, ac ventricosum, singulis diebus in concionibus versari. Sic autem πορνοβοσκῶν, μεθυσκόμενος, προγάστωρ, facile comprobabit Plutarchi sententiam, cujus in Phocione §. 1. dicitur: οὕτως ἀσελγῶς βιώσας καὶ πολιτευσάμενος, ὥςτε Ἀντίπατρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτοῦ γέροντος ἤδη γεγονότος, ὅτι, καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου, γλῶσσα καὶ κοιλία μόνον ἀπολέλειπται.

III. Utique videtur luxuria potius ex abundantia pravaque consuetudine fluxisse, quam, quasi naturalis, primam ætatem fœdasse. Quamquam enim non ignoramus, ejusmodi vitia subinde primariis ingeniis insidere; quo nomine solum Alcibiadem appellasse sufficit: remigis tamen partes, et nihilo minus adeo notabilis, sine magistro, quod vulgo creditur, profectus, ut Atticis auribus placeret orator, et ad nutum suum componeret omnia, difficulter cum tali natura cohærent. Noster quidem, propter antecedentes occupationes, a Sexto Empirico vocatur κωπηλάτης, a Suida ναύτης, ναυπηγὸς καὶ τορθμεὺς, *nauta, faber navalis et transvectionum administer*. Pergit Suidas: *absistens ab his reipublicæ administravit* (ἐπολιτεύσατο). Quod num statim factum, an post exercitationes varias in dicendo, non plane constat. Tributum oratori nostro fragmentum pariter proxime conjungit §. 18.; sed ut latiorem sensum admittat, ac forsitan studiose tempus quoddam obscuret. Apud Stobæum serm. XXIX. p. 204. ed. Bas. 1549. legimus, Demadem interrogatum, quo doctore profecerit? nominasse βῆμα, *tribunal*, indicando, quod in ipsis negotiis, experientia quavis sophistarum institutione sit melior. Natum est inde proverbium, apud Apostolium IV. 17. ἀπὸ κώπης ἐπὶ βῆμα. Quem etiam ad modum Sextus Empiricus contra mathemat. II. 16. ipsum, inquit, ἱκανῶς καὶ κατὰ τρόπον ῥητορεύειν, μὴ μετασχόντα ῥητορικῆς, *cum non didicisset rhetoricam*. Ut et idem Sextus I. 13. 294. sq. grammaticis subtrahit Demadem: licet Homericos versus afferat, quibus, a pugna Chæronea, dum is ad convivium adigebatur a Philippo, ex Homer. Odyss. X. 383. sqq. feliciter usus esse diceretur; quosque Diogenes Laertius IV. 9. Xenocrati pariter, apud Antipatrum, a pugna Lamiaca, tribuit. Ni quid ibi confudit Sextus; id certe constabit, haud ἀγράμματον Demadem fuisse, qui similiter alias in numerato sententias veterum habuit. Exercitationem continuam, illud potentissimum discendi genus, singulatim memorat Quinctilianus II. 17. p. 128. sq. ed. Capp. Qui simul, partim præstantiorem, si plura didicisset, futurum fuisse credit; partim, haud omnino negari posse, contendit, ipsum quoque magistros auscultasse.

IV. Cæterum, Olynthiaco jam bello, quod Olymp. CVIII. gerebatur, Demadem Philippi beneficiis clanculum esse gavisum, ac

Demosthenis Olynthiacis orationibus facundiam suam opposuisse, narrant. Hoc et ille passim, quamvis adversarios non appellet, innuit; sed apertius habet Suidæ collectio, jungitque, quod, cum Euthycrates Olynthius Philippo patriam prodidisset, et hinc apud Athenienses infamis foret, Demades eum honoratum et Atheniensium hospitem publico decreto suo fecerit. Istud tamen, ut et alterum decretum, quo sancire laboravit obedientiam suorum (Φιλίππῳ, τοὺς Ἕλληνας ὑπακούειν), equidem vix ante pugnam Chæroneam, cum Suida, ponerem. Interim ita patebit, cur, in eadem pugna captus, victorem tam honorificum ac benignum senserit. Sequi cogebatur Atheniensium castra, licet revera Philippi stipendiarius; hinc et capi maluit, quam fortiter pugnare. Vix alius, e grege captivorum, quod Diodorus Sic. XVI. 88. narrat, eo modo castigasset ebrium: Βασιλεῦ, τῆς τύχης σοὶ περιθείσης πρόσωπον Ἀγαμέμνονος, αὐτὸς οὐκ αἰσχύνῃ πράττων ἔργα Θερσίτου, quo tamen permotus se totum mutat Philippus. Sed opus erat prætextu, ne, receptus in amicitiam regis, huic solum, nec patriæ, favere videretur. Profecto, vel tunc Macedo potius adjumentum Atticorum contra Persas, quam odium ac desperationem, quærebat. Cum ergo deprecaretur Demades, gratiam suam Atheniensibus promisit, occisos honorifice sepeliendos curavit, captivos sine redemptionis pretio dimisit, societatis et amicitiæ fœdus cum ipsis renovavit, pacem denique Bœotiorum genti concessit Philippus. Partim id actum est ante, quam hujus convivio Demades adesset, partim singulari legatione suscepta. Demosthenes etiam pacis illius mentionem facit pro Corona c. 88. Redemit autem, ut fragmentum §. 20. habet cIↃcIↃ, secundum alios cIↃcIↃcIↃ. secundum Fabricium cIↃcIↃcIↃ XC., quos inter cIↃ. cives erant. Nescio, num tunc, an alia legatione, factum sit, ut ipsi noxæ daretur, quod, ex eo quærente Philippo, quales Athenæ quantæque forent, illas in mensa describeret Demades: unde, quasi patriam injuriis affecisset, immo prodidisset, accusabatur. v. Hermog. περὶ εὑρέσ. I. 2. Id vero plane tunc accidit, ut, ubi Cecropidarum illud nobile robur esset? Philippo sciscitato, per ἀπόφθεγμα responderet, quod immiscent Stobæus serm. LII. p. 365. et Plutarchus pro nobilit. in Fabricii Bibl. Gr. VI. 6. 7. T. XII. p. 270. itemque in I. C. Wolfii anecdotis Gr. T. IV. p. 282. οἶσθα ἂν, ὦ βασιλεῦ, ὡς τῶν νῦν μὲν Ἀθηναίων ὁ Φίλιππος, τῶν δὲ Μακεδόνων ἦρχεν ὁ Χάρης. Diodorus quidem Siculus, XVI. 88. horum plura dum memorat, insignem illum, quem antea diximus, effectum gratiis solum Atticis vindicando, vel ignorasse, quæ reticet, vel moralem scopum sibi præfixisse, videtur. In republica Demades haud raro sibi speciem honestatis quæsivit. Eodem refero decretum illud, quod Seneca de benef. VI. 38. perpendit, et quo damnavit eum, qui necessaria

funeribus venditabat, cum probasset, ipsum magnum lucrum optasse, quod illi contingere sine multorum morte non potuisset. Nihilo minus et subinde veras animi cogitationes celare nequivit. Huc pertinet, quod persuaserit Atheniensibus, ut in concionem Græcorum Philippicam omni modo recipi studerent. Quamvis enim Demosthenes, Phocion, cæteri repugnarent; populus tamen, Macedonibus assensum inconsulto fervore sequebatur. Reprehendebat quidem, detrimento per ejus consilium accepto, civitas Demadem. Hic autem denuo suasor exstitit, ut sui pacem bello præferrent, ac Macedonis imperium patienter tolerarent. Habemus et aliud adhuc ejus decretum, quo, cum Alexander a Thebis expugnatis legationem Athenas mitteret, de decem oratoribus puniendis, consilium illorum liberandorum causa cepit, summa diligentia, populi nomine, factum. Hoc ipso decem illos excusabat; sin vero vel peccarint, promissionem annectebat, eos populum esse puniturum (Diod. Sic. XVII. 15. Plut. in Demosth. § 23.). Forte tunc et psephisma scripsit, de Alexandro majorum deorum consessui jungendo, quem honorem jam Philippus affectarat. Hinc ipse legatus, per gratiam et eloquentiam suam, oratores liberavit, totique populo clementiam Alexandri comparavit. Evolvantur Arrianus de exped. Alex. I. 10. Plut. in Alex. §. 12. cæteri. Quin simul pro Thebanis transfugis fructuose deprecatus est. Sic et alias, quod salvo Macedonum dominatu fieri poterat, civibus prodesse laboravit. Ridendo præcipue verum dicebat, et Atticis auribus se totum accommodabat. Ut hoc utar exemplo, cum cives suos aliquando, rebus novis audiendis solum intentos, negotiorum curam omittere videret; illam ipsam, vel fabula, commendavit, quam in Æsopiarum collect. n. 178. legimus. Suidas refert, quod et aluerit equos, inque ludis Olympicis victor discesserit. Apud Edvardum quidem Corsinum inter Olympicos victores nulla fit mentio Demadis. De solis igitur Atticis, ac minoribus hoc nomine ludis, de quibus æque Corsini loquitur, erit intelligendus Suidas, qui de eodem narrat: οὗτος κατέλυσε τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας. Id esse factum videtur, cum ejiceret oratores, et urbem Antipatro traderet, ut illius nunc diversa fieret in foro pariter administratio. Forsitan hoc tempore, quod idem narrat, populo discedens dixit: οὔτε ἑαυτῶν ἐστὲ κύριοι, οὔτε ἐμοῦ. Nec admodum errabo, si commemoraverim, inde natam esse narrationem Tzetzæ Chil. VI. 177–181. de linguis oratorum Atticorum, cum cæteri necarentur, rogatu Demadis, solum exsectis. Ita quidem, cum ipse sub Antipatro naufragia reipublicæ se gubernare profiteretur; jure suo vocari potuit a Plutarcho in Phoc. §. 1. reipublicæ naufragium.

V. Interim, secundum Suidam, proditor perquam dives, Philippi

INDEX GEOGRAPHICUS

AD LYCURGUM.

Acharnensis. 153, 7.
Acte, regio quædam Athenis, forsan in Pirræum protensa. 148, 4.
Ætna mons. 199, 15.
Andrus. 171, 4.
Chæronea. 173, 3.
Chalcioeci [Minervæ] fanum Spartæ. 226, ult.
Cholargensis. 154, pen.
Ciliciam dicuntur Athenienses devastasse. 187, 1.
Cyanese. 187, ult.
Decelea. 221, 2.
Delphi. 194, pen. 202, 4.
Epidaurus. 171, 5.
Eurymedon. 187, 2.
Hellas, tractus ille maris Ionio proteensus, ubi est Ætolia et Acarnania. 156, ult.
Marathon. 210, 12. 215, pen.
Megara. 152, 8.
Messene. 182, 9.
Oleræ. 217, 10.
Phasis. 187, ult.
Phœnicen dicuntur Athenienses devastasse. 187, 1.
Rhodus. 149, 2.
Salamis. 185, 5. 221, pen.
Sicilia. 199, 13.
Thermopylæ. 215, 4.
Trœzen. 171, 5.
Troja. 182, 5.
Xypetæensis. 152, ult.

ΔΗΜΑΔΗΣ.

HAUPTMANNI
DISSERTATIO
DE
DEMADE.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

I. Demadis genus. II. indoles. III. educatio et prior vitæ modus. IV. administratio reipublicæ. V. fortunæ et fata. VI. eloquentiæ conditio. VII. sententiæ. VIII. Quid ipsi scriptorum tribuatur; ac singulatim de oratione ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας. IX. Quibus argumentis fragmentum illius orationis, hodieque superstes, Demadi vindicetur. X. quibus argumentis suppositum videatur. XI. Ejusdem dispositio.

I. Duo nobis Demades oratores, patrem et filium, sistit Suidæ collectio, hic sicubi parum sibi constans; ni codicum diversæ, tam barbaris sæculis, observationes confusionem intulerunt. Miscetur enim æque Demades, post Antipatrum regnans, qui Thebas instaurarit, quod Cassandrum, Antipatri filium, fecisse constat; et prioribus plane perturbata tribuuntur. Quoniam igitur antiquiores solum Demeam filium appellant: in uno pariter Demade subsistimus, qui, cum jam ad Philippum mittere filium potuisset, anno postremo Antipatri necabatur. Is Atheniensis erat, e Laciadis, Œneidis tribus populo, trahens originem, filius Demadis, ut in orationis ipsi tributæ fragmento legimus §. 16. Quatenus vero, non præter causam, Demeam patrem aliquis nominat, hariolari licet, nostrum nepotem aliquis nominat, hariolari licet, nostrum nepotem habuisse, Cassandri tempore celebrem. Quod pater nostri vir fuerit obscurus, etiam Ælianus V. H. XII. 43. prodit. Sed addens idem: Κλεοφῶντος καὶ Δημάδου, καίτοι προστατῶν γενομένων τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, οὐδεὶς ἂν εἴποι ῥᾳδίως τοὺς πατέρας, quid sibi velit, ignoro. Ipse quoque Demades haud oratorem monstrat, sed pauperem ac laboribus suis infirmitatem vitæ sustentantem, quibus et, vel ab obitu patris, quod ex fragmenti loco probari posse videtur, vel ab ipso commotus, filius operam dabat. Quantumvis subjecta Demadi foret isthæc oratio, nihilo minus ea justiorem fidem referret, aliorum quoque testimoniis fulta, quam Ælianus, forte majores generatim, aut illustria patrum in rempublicam merita, spectans, aut omnino quidquam modo dans argumento

suo, περιφανεῖς ἐξ ἀσήμων designaturus. Suidas porro, quatenus matrem tibicinam vocat, ac meretricem, ut Demeam cum Demade, sic matrem cum uxore, vel pellice, confundit. Faciunt hac in parte nobiscum Plutarchus et Athenæus, qui simul sermonem narrant, quo pater filio dicit; cum ipse matrem ejus duxerit, illud nec vicinum sensisse, Demeæ nuptiis reges ac principes necessaria suppeditare. Potuit igitur Hyperides et alloqui Demeam increpando: Οὐ σιωπήσῃ μειράκιον μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα; Fuit enim et filius orator, qui præ cæteris, cum Callicle, Diopethen Sunium a periculo capitis liberavit, v. Io. Tzetzes histor. chil. VI. 98. 104. contra quem pariter ac patrem duas orationes, quæ perierunt, habuit Hyperides.

II. Eæ quidem narrationes nos aliquatenus ad Demadis indolem considerandam deducunt. Generatim vividam habuit. Ingenium e sallibus patet; judicium e rebus ab ipso peractis; ex iis, quæ de oratoria ejus facultate memorantur, utrumque. Prodebat εὐστοχίαν in reprehendendo, seque, magna παῤῥησίᾳ, vel regum ludibriis, opponebat; quippe cum admiranda vis orationum omnia permulceret. Adamabat quidem pacem; ut vere Tzetzes v. 19. scribere posset:

- - Ὑπῆρχεν ἐραστὴς εἰρήνης ὁ Δημάδης.

Neque tamen spernebat bellum, aliquando dux militaris constitutus. Pertinet huc, quod Ælianus V. H. XIV. 10. notat, ubi simul paludamentum, a Phocione rogatum, lividam Demadis arrogantiam ostendit. Istam et Plutarchus innuit, qui, tam in reip. ger. præc. §. 7. quam in Vita Demosthenis, §. 11. Demadis illud refert: 'Corrigere me vult Demosthenes, sus Minervam.' Scilicet in Demosthenem præcipue noster invidiam effudit. Unde Sidonius Apollin. VIII. 1. de Demade et Antonio, Demosthenis illo, hoc Ciceronis adversario, testatur, quod, "lividi cum fuerint, malitiæ claræ, dilectionis obscuræ, tamen ad notitiam posterorum, per odia virtutum, decurrerint." Licet Demosthenes, ut auctor est Plutarchus l. c. §. 8. fin. quia non ausus est ex tempore dicere, nunquam juverit Demadem; Demosthenem, tumultibus populi perculsum, subito surgens, sæpe Demades. Jure quoque suo Suidas πανοῦργον, astutum, nominat; neque perfidum minus: id quod omne curriculum vitæ significabit. Avaritiæ testem invenimus Plutarchum, tam in apophthegm. t. viii. p. 110. ed. Hutten. quam in Vita Phocionis, §. 30. ubi dictum ab Antipatro refert, duo se amicos Athenis habere, Phocionem ac Demadem, quorum alterum nunquam adducere potuisset, ut missa dona acciperet, alterum nunquam muneribus exsaturasset. Inde tamen, Suida teste, εὔπορος παντὸς, luxuriosus evadebat et impurus, qui de parte altera profudit, quod corraserat ab altera. Novimus Demosthenis responsum, cum sese Minervam nuncupasset Demades: 'Ista quidem (ait) Minerva proxime fuit in

adulterio deprehensa.' Novimus ex Athenæo II. 2. quod Pytheas asseverarit, Demadem, lenocinàtum, ebrium, ac ventricosum, singulis diebus in concionibus versari. Sic autem πορνοβοσκῶν, μεθυσκόμενος, προγάστωρ, facile comprobabit Plutarchi sententiam, cujus in Phocione §. 1. dicitur: οὕτως ἀσελγῶς βιώσας καὶ πολιτευσάμενος, ὥςτε Ἀντίπατρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτοῦ γέροντος ἤδη γεγονότος, ὅτι, καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου, γλῶσσα καὶ κοιλία μόνον ἀπολέλειπται.

III. Utique videtur luxuria potius ex abundantia pravaque consuetudine fluxisse, quam, quasi naturalis, primam ætatem fœdasse. Quanquam enim non ignoramus, ejusmodi vitia subinde primariis ingeniis insidere; quo nomine solum Alcibiadem appellasse sufficit: remigis tamen partes, et nihilo minus adeo notabilis, sine magistro, quod vulgo creditur, profectus, ut Atticis auribus placeret orator, et ad nutum suum componeret omnia, difficulter cum tali natura cohærent. Noster quidem, propter antecedentes occupationes, a Sexto Empirico vocatur κωπηλάτης, a Suida ναύτης, ναυπηγὸς καὶ τορθμεύς, *nauta, faber navalis et transvectionum administer.* Pergit Suidas: *absistens ab his reipublicæ administravit* (ἐπολιτεύσατο). Quod num statim factum, an post exercitationes varias in dicendo, non plane constat. Tributum oratori nostro fragmentum pariter proxime conjungit §. 18.; sed ut latiorem sensum admittat, ac forsitan studiose tempus quoddam obscuret. Apud Stobæum serm. XXIX. p. 204. ed. Bas. 1549. legimus, Demadem interrogatum, quo doctore profecerit? nominasse βῆμα, *tribunal*, indicando, quod in ipsis negotiis, experientia quavis sophistarum institutione sit melior. Natum est inde proverbium, apud Apostolium IV. 17. ἀπὸ κώπης ἐπὶ βῆμα. Quem etiam ad modum Sextus Empiricus contra mathemat. II. 16. ipsum, inquit, ἱκανῶς καὶ κατὰ τρόπον ῥητορεύειν, μὴ μετασχόντα ῥητορικῆς, *cum non didicisset rhetoricam.* Ut et idem Sextus I. 13. 294. sq. grammaticis subtrahit Demadem: licet Homericos versus afferat, quibus, a pugna Chæronea, dum is ad convivium adigebatur a Philippo, ex Homer. Odyss. X. 383. sqq. feliciter usus esse diceretur; quosque Diogenes Laertius IV. 9. Xenocrati pariter, apud Antipatrum, a pugna Lamiaca, tribuit. Ni quid ibi confudit Sextus; id certe constabit, haud ἀγράμματον Demadem fuisse, qui similiter alias in numerato sententias veterum habuit. Exercitationem continuam, illud potentissimum discendi genus, singulatim memorat Quinctilianus II. 17. p. 128. sq. ed. Capp. Qui simul, partim præstantiorem, si plura didicisset, futurum fuisse credit; partim, haud omnino negari posse, contendit, ipsum quoque magistros auscultasse.

IV. Cæterum, Olynthiaco jam bello, quod Olymp. CVIII. gerebatur, Demadem Philippi beneficiis elanculum esse gavisum, ac

Demosthenis Olynthiacis orationibus facundiam suam opposuisse, narrant. Hoc et ille passim, quamvis adversarios non appellet, innuit; sed apertius habet Suidæ collectio, jungitque, quod, cum Euthycrates Olynthius Philippo patriam prodidisset, et hinc apud Athenienses infamis foret, Demades eum honoratum et Atheniensium hospitem publico decreto suo fecerit. Istud tamen, ut et alterum decretum, quo sancire laboravit obedientiam suorum (Φιλίππῳ, τοὺς Ἕλληνας ὑπακούειν), equidem vix ante pugnam Chæroneam, cum Suida, ponerem. Interim ita patebit, cur, in eadem pugna captus, victorem tam honorificum ac benignum senserit. Sequi cogebatur Atheniensium castra, licet revera Philippi stipendiarius; hinc et capi maluit, quam fortiter pugnare. Vix alius, e grege captivorum, quod Diodorus Sic. XVI. 88. narrat, eo modo castigasset ebrium: Βασιλεῦ, τῆς τύχης σοὶ περιθείσης πρόσωπον Ἀγαμέμνονος, αὐτὸς οὐκ αἰσχύνῃ πράττων ἔργα Θερσίτου, quo tamen permotus se totum mutat Philippus. Sed opus erat prætextu, ne, receptus in amicitiam regis, huic solum, nec patriæ, favere videretur. Profecto, vel tunc Macedo potius adjumentum Atticorum contra Persas, quam odium ac desperationem, quærebat. Cum ergo deprecaretur Demades, gratiam suam Atheniensibus promisit, occisos honorifice sepeliendos curavit, captivos sine redemptionis pretio dimisit, societatis et amicitiæ fœdus cum ipsis renovavit, pacem denique Bœotiorum genti concessit Philippus. Partim id actum est ante, quam hujus convivio Demades adesset, partim singulari legatione suscepta. Demosthenes etiam pacis illius mentionem facit pro Corona c. 88. Redemit autem, ut fragmentum §. 20. habet cIↃcIↃ. secundum alios cIↃcIↃcIↃ. secundum Fabricium cIↃcIↃcIↃ XC., quos inter cIↃ. cives erant. Nescio, num tunc, an alia legatione, factum sit, ut ipsi noxæ daretur, quod, ex eo quærente Philippo, quales Athenæ quantæque forent, illas in mensa describeret Demades: unde, quasi patriam injuriis affecisset, immo prodidisset, accusabatur. v. Hermog. περὶ εὑρέσ. I. 2. Id vero plane tunc accidit, ut, ubi Cecropidarum illud nobile robur esset? Philippo sciscitato, per ἀπόφθεγμα responderet, quod immiscent Stobæus serm. LII. p. 365. et Plutarchus pro nobilit. in Fabricii Bibl. Gr. VI. 6. 7. T. XII. p. 270. itemque in I. C. Wolfii anecdotis Gr. T. IV. p. 282. οἶσθα ἂν, ὦ βασιλεῦ, ὡς τῶν νῦν μὲν Ἀθηναίων ὁ Φίλιππος, τῶν δὲ Μακεδόνων ἦρχεν ὁ Χάρης. Diodorus quidem Siculus, XVI. 88. horum plura dum memorat, insignem illum, quem antea diximus, effectum gratiis solum Atticis vindicando, vel ignorasse, quæ reticet, vel moralem scopum sibi præfixisse, videtur. In republica Demades haud raro sibi speciem honestatis quæsivit. Eodem refero decretum illud, quod Seneca de benef. VI. 38. perpendit, et quo damnavit eum, qui necessaria

funeribus venditabat, cum probasset, ipsum magnum lucrum optasse, quod illi contingere sine multorum morte non potuisset. Nihilo minus et subinde veras animi cogitationes celare nequivit. Huc pertinet, quod persuaserit Atheniensibus, ut in concionem Græcorum Philippicam omni modo recipi studerent. Quamvis enim Demosthenes, Phocion, cæteri repugnarent; populus tamen, Macedonibus assensum inconsulto fervore sequebatur. Reprehendebat quidem, detrimento per ejus consilium accepto, civitas Demadem. Hic autem denuo suasor exstitit, ut sui pacem bello præferrent, ac Macedonis imperium patienter tolerarent. Habemus et aliud adhuc ejus decretum, quo, cum Alexander a Thebis expugnatis legationem Athenas mitteret, de decem oratoribus puniendis, consilium illorum liberandorum causa cepit, summa diligentia, populi nomine, factum. Hoc ipso decem illos excusabat; sin vero vel peccarint, promissionem annectebat, eos populum esse puniturum (Diod. Sic. XVII. 15. Plut. in Demosth. § 23.). Forte tunc et psephisma scripsit, de Alexandro majorum deorum consessui jungendo, quem honorem jam Philippus affectarat. Hinc ipse legatus, per gratiam et eloquentiam suam, oratores liberavit, totique populo clementiam Alexandri comparavit. Evolvantur Arrianus de exped. Alex. I. 10. Plut. in Alex. §. 12. cæteri. Quin simul pro Thebanis transfugis fructuose deprecatus est. Sic et alias, quod salvo Macedonum dominatu fieri poterat, civibus prodesse laboravit. Ridendo præcipue verum dicebat, et Atticis auribus se totum accommodabat. Ut hoc utar exemplo, cum cives suos aliquando, rebus novis audiendis solum intentos, negotiorum curam omittere videret; illam ipsam, vel fabula, commendavit, quam in Æsopiarum collect. n. 178. legimus. Suidas refert, quod et aluerit equos, inque ludis Olympicis victor discesserit. Apud Edvardum quidem Corsinum inter Olympicos victores nulla fit mentio Demadis. De solis igitur Atticis, ac minoribus hoc nomine ludis, de quibus æque Corsini loquitur, erit intelligendus Suidas, qui de eodem narrat: οὗτος κατέλυσε τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας. Id esse factum videtur, cum ejiceret oratores, et urbem Antipatro traderet, ut illius nunc diversa fieret in foro pariter administratio. Forsitan hoc tempore, quod idem narrat, populo discedens dixit: οὔτε ἑαυτῶν ἐστὲ κύριοι, οὔτε ἐμοῦ. Nec admodum errabo, si commemoraverim, inde natam esse narrationem Tzetzæ Chil. VI. 177–181. de linguis oratorum Atticorum, cum cæteri necarentur, rogatu Demadis, solum exsectis. Ita quidem, cum ipse sub Antipatro naufragia reipublicæ se gubernare profiteretur; jure suo vocari potuit a Plutarcho in Phoc. §. 1. reipublicæ naufragium.

V. Interim, secundum Suidam, proditor perquam dives, Philippi

munere, multas habuit in Bœotia possessiones. Immo, si C. Graccho, apud Gellium XI. 10. 6. fides datur, vel, ut sileret, talenta decem accepit. A nece Philippi beneficentia pariter Alexandri gaudebat, apud illum haud minus potens, ac apud parentem. Hinc a Demosthenis amicis largitione quinque talentorum commovebatur, ad dictum antea psephisma, de reis oratoribus periculo eximendis, artificiosius consignandum. Postea similiter Antipatri gratiam obtinuit, licet denique perniciosam. Ad hunc enim cum Phocione legatus, urbem illi demisse tradidit, quod fusius memorant Nepos in Phoc. c. 2. Plutarchus in Vit. Phocion. §. 26. sq. et Pausanias L. VII. c. 10. Nec apud suos honoris testificationibus excidit Demades. Ænea statua, in foro posita, colebatur, publiceque in Prytaneo victum capiebat, quod Dinarchus κατὰ Δημοσθ. inter alios refert. Tanto verosimilius idem Dinarchus §. β'. Demosthenem atque Demadem conjunxit, ab Harpalo pecunia corruptos, quo tempore §. ζ'. Areopagi senatus sex mensibus de iis inquisivisse dicitur. Palam quidem Demades, uti jam dictum est, adversarius erat Demosthenis, cujus administrationem reipublicæ malorum omnium causam exstitisse præ se ferebat, cum bellum postea nasceretur. Respicit, hocce narrans, Aristoteles Rhet. II. 24. bellum, post quod, Aristophonte prætore, Demosthenes habuit orationem de Corona. vid. Dionys. Hal. ep. ad Ammæum, §. 12. Post illud tempus in civitate sua rixis sæpe noster exercebatur, nonnunquam omnino plectebatur. Quod et, cum Alexandrum vivum consecraret, pecuniam ab Harpalo sumeret, et alias, factum esse narrant. Ob divinos honores Alexandro decretos, forte post discessum regis in Asiam, mulctam C. talentorum irrogatam illi fuisse, putat Ælianus V. H. V. 12. credibilius autem X. nominat Athenaeus VI. 6. p. m. 409. Erat tamen, cum et per solam petulantiam occasionem mulctæ præberet. Hujus rei vel unum exemplum e Plutarcho in Vit. Phocion. §. 30. sufficiet. Athenis lege cautum fuit, ne quis peregrinus saltaret. Demades vero totum chorum ex peregrinis, numero centum, constituit, pœnamque simul debitam solvit. At non semper tam promptus erat in suscipiendis pœnis, quas septies detrectabat, maxime potentior civitate factus. Accidit illud, vel in primis, post Alexandri mortem et Lamiacum bellum, quo tandem Athenienses, ad Cranonem, ab Antipatro Crateroque victi, præsidium in Munychiam recipere cogebantur. Tunc enim Demades, professi Macedonum amici, fortuna sine dubio novum incrementum obtinuit. Sed in altum tollebatur, ut graviore prolapsione rueret. Cum effecisset Athenis, ut Demosthenes et oratores alii damnarentur: ipse fraudulentus deprehendebatur. Quippe, quod Diodorus Sic. XVIII. 48. memoravit, clanculum per literas egerat cum Antipatri capitali hoste, quem in Macedoniam et Græciam

invitabat, ἐκ παλαιοῦ καὶ πατρῴου στήμονος omnia pendere, Antipatrum sugillando, significans. Tota res ab eum accusante Dinarcho Corinthio, ad Plutarchi testimonium, in Demosth. vita, §. 31. cum literis ipsis detegebatur. Quo facto, dum liberius exigebat promissa Demades, Olymp. secundum aliquas CXV. a. 2. petitus autem, quoniam Antipater tunc jam mortuus erat, CXIV. 4. cum legationis comite Demea, quoddam in gurgustulum abductus, postquam filium necari viderat, ejus sanguine conspersus, tollebatur, inque lacum Amphipolitanum cadavera conjiciebantur, aperto documento, quam dignus exitus vulgo flagitia sequatur. Hac enim ratione tandem evenit, quod Demadi subinde prædixerat Demosthenes, sese primos vendere prodifores. Historici necis auctorem partim Antipatrum vocant, partim Cassandrum. Apparens autem repugnantia facile dirimetur; si jam ægrum parentem filio totam administrationem imperii tradidisse perpendamus.

VI. Quid infelix iste valuerit in arte dicendi, videamus nunc brevissime. Non hic afferam, e Plutarchi vita Demosthenis §. 10. ἀμφιβολίαν habens, effatum Theophrasti, qui, cum interrogaretur, quis sibi videretur Demosthenes orator? respondit: *dignus hac urbe*. Qualis Demades? *supra urbem*, ὑπὲρ τὴν πόλιν. Eadem pagina testimonium lego: Πλὴν τόν γε Δημάδην πάντες ὡμολόγουν τῇ φύσει χρώμενον ἀνίκητον εἶναι, καὶ παραφέρειν αὐτὸν σχεδιάζοντα τὰς τοῦ Δημοσθένους σκέψεις καὶ παρασκευάς· quibus verbis eloquentia prorsus invicta, quæque vel Demosthenicam provocarit, quamvis extemporalis foret, si quid videmus, Demadi tribuitur. Ab anonymo in proleg. rhet. apud Fabric. B. Gr. T. IX. p. 598. eidem et Aristodemo vindicatur oratio ἀντίστροφος τῇ κολακευτικῇ, quam licet quidtam rhetoricæ formam constituat, ipse tamen præterit. At vel inde patet, quatenus a Diodoro Sic. XVII. 15. τῇ τοῦ λόγου δεινότητι πάντα κατεργασάμενος appelletur. Quia vero potior plurimorum laus ad sales Demadis pertinet: cætera sequenti membro misceamus.

VII. Nimirum, haud sine causa, placuerat singulatim Atticis auribus, ut cum Tzetzæ Chil. V. v. 345. sq. loquamur: Ῥήτωρ ὡραῖος κἄλλει, Πολὺ δὲ ὡραιότερος ἀποφθεγμάτων λόγοις. Sententias Demadis, graves, translatas, et in ipsa ὑπερβολῇ singulare quidquam habentes, vocat Demetrius περὶ ἑρμ. §. 300. sqq. illarumque pluribus collectis, sub finem adjungit, Demadis gravitatem ostendere non nihil periculosi, difficilem imitatu, quid? poeticam plane. Laudat easdem Cicero, dum in Oratore 26. 90. "ex Atticis (ait) non omnes faceti, Lysias satis et Hyperides, Demades præter cæteros fertur." Neque dissentiunt Vossius institt. or. VI. 7. 8. et Nicol. Caussin. I. 34. Quæ cum ita sint, notatu digniores aliquas, exempli causa, jure nunc observabimus. Initium faciat, cujus argu-

mentum Tzetzes l. c. v. 347. sqq. e Plutarchi vita Solonis deprompsit: (Δημάδης)

Μεγάλως εὐδοκίμησεν ἐν κριτηρίῳ λέξας
Ἔσκπτ', ἄνδρες δικασταί, Δράκων ὁ νομογράφος
Οὐ μέλανι, δι' αἵματος τοὺς νόμους δὲ χαράξαι.

Huic duas annectimus, apud Stobæum legendas. Priorem habet serm. IV. de Imprudentia ante med. p. 56. Δημάδης τοὺς Ἀθηναίους εἴκαζεν αὐλοῖς, ὧν εἴ τις ἀφέλοι τὴν γλῶτταν, τὸ λογικὸν (λοιπὸν) οὐδέν ἐστι. posteriorem autem serm. LXXII. nuptial. præc. p. 441. Δημάδης εἶπε, τὴν αἰδὼ τοῦ κάλλους ἀκρόπολιν εἶναι. Sic et Lucianus in Demosthenis Encom. §. 15. Demadis jocum afferț, alios oratores ad aquam dicere, Demosthenem quoque scribere ad aquam. Præterimus adversus illum argutias, quas collegit Tzetzes VI. 113-137. Talia quando pronuntiaverit orator, non liquet; certius tempus sequentium erit. Alexandro cum adeo blandiretur, ut eum, decreto facto, tertium decimum deorum scribi juberet, idque reprehenderet populus; ita, se tuendi causa, secundum Demetrium l. c. respondit: Τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐκ ἐγὼ ἔγραψα, ἀλλ' ὁ πόλεμος, τῷ Ἀλεξάνδρου δόρατι γράφων. Tunc et, secundum Valer. Max. L. VII. c. 2. ext. 10. " videte (inquit) ne, dum cœlum custoditis, terram amittatis." Quod quidem effatum Paulus Leopardus emendatt. X. 18. in Gruteri facis crit. T. III. p. 203. ab Erasmi errore defendit, quia Demades potius erat amicus, quam adversarius, Alexandri. Eodem aliud spectat. Cum enim præcipites Alexandri de morte lætarentur Athenienses: Οὐ τέθνηκεν Ἀλέξανδρος, ait Demades, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὥζε γὰρ ἡ οἰκουμένη τοῦ νεκροῦ. de Macedonum contra potestate: Ἔοικε γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις, ἀπολωλεκυῖα τὸν Ἀλέξανδρον, τῷ Κύκλωπι τετυφλωμένῳ· licet potius Philippum, oculo altero privatum, Cyclopem appellarent. Se tandem sibi contraria sæpe dixisse profitebatur, reipublicæ nunquam.

VIII. Sunt et scripta, quæ Suidæ compilatio Demadi tribuit. Alterum, cujus hodie, quantum novi, nec volam ullibi nec vestigium habemus, inscribitur: Ἱστορία περὶ Δήλου καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων. alterum: ἀπολογισμὸς πρὸς Ὀλυμπιάδα τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας. Ad hæc Suidas innuit, illum cum Philippo commercium exercuisse literarum, quibus addere poterimus, quam ipse Demeas tulit, epistolam. Examinent alii; num et, per conjecturam, appellari queat oratio pro pace, quam respicere videtur Tzetzes Chil. VI. 20. sqq. (Δημάδης)

Φέσχων ἀνάνδρους οὐ καλῶ, καθάπερ Δημοσθένης,
Ἀναῤῥιπίζων πόλεμον, εἰρήνην ἀπειλούμην.
Δειλός εἰμι καὶ ἐραστὴς καθέστηκα εἰρήνης.
Οὐ στέργω μάχης ἀγαμαὶ, οὐδὲ πολέμων πρύτους,
Οὐδὲ πρὸς πολυάνδρων θέλω φιλοτιμεῖσθαι.

Περὶ οὗτος λέγοντι, ὦ ἄνδρες, πείθεσθε μοι.
Μὴ ὀχλικὸν δὲ ἀνδρὶ, μάτην ὀχλοκοποῦντι.
Ἀντιστροφὴ γὰρ γίνεται πραγμάτων τῷ πολίτῃ.
Θάπτει πατὴρ τὸν παῖδα γὰρ, γέρων τὸν γαστρόφων. κ. τ. λ.

Longiorem ideo locum excripsi, quo melius pernoscere possimus, num valeat conjectura, quatenus legisse Tzetzem, quæ narrat, oportet. Cum autem hujus orationis mentio, quantum mihi sane constat, penes auctorem alium haud reperiatur: ad alteram περὶ τῆς δωδεκαετίας eo tutius regrediemur. Suidas ad Olympiada missam dicit: ni quis hic latere mendum, et olympiadem indicari, putet, cujus numerus desit, ad quam autem usque fuerit administrata per Demadem respublica. Neutrum accommodatum erit ad fragmentum orationis hodieque superstes: nec enim Olympiadis, nec olympiadum, ibi commemoratio quædam fit; sed Atheniensium congregatorum, et actarum rerum ordinis. Annos quoque duodecim haud invenimus; ni partem narrationis desiderari judicemus. Quid? opinari quis posset, ἀπολογισμὸν illum potius narrationem historicam complecti, quam solemnem orationem, et cum hodieque superstite temere confundi. Occasionem, qua dixerit orationem eam, vix aliam reperimus, quam qua simul Demosthenes δωροδοκίας a quibusdam, et a Dinarcho nominatim, accusabatur. Demetrius quidem Magnes, qui de *homonymis* scripsit, accusationem esse Dinarchi negat, apud Dionysium Halicarn. in judic. de Dinarcho, c. 1. Ipse vero Dionys. Hal. l. c. c. 9. eandem illi vindicat: cujus a parte libentius stabo; cum et in alia legitima scripta Demetrius involarit. In defensione Demadis nulla fit Harpali mentio, qui Olymp. CXIII. 2. Athenas venit. Videtur autem saltem id curasse Demades, ut, si vel accepisset dona, quod eum esse professum Dinarchus jactat, nihil tamen ideo se contra rempublicam egisse corroboret. Causam aliquam obscuriorem, ante Thebarum expugnationem ab Alexandro factam, propter fragmenti §. 35. sibi concipientibus, utrobique duodecim annorum spatium respiciendum esset. Thebæ sunt expugnatæ Olymp. CXI. 2. quod tempus justo longius esset, si jam ante Olymp. CVIII. quod innuimus supra, Demades clarescere cœpit. Multo quidem minus duodecim annorum tempus vocari potest, ad accessum Harpali; ni quod spatium temporis excidisse credamus. Hoc æque difficile dictu fuerit, quam alterum illud. Tunc autem initium constituendum erit a pugna Chæronea, vel Olymp. CX. qua publicam administrationem suscepit Demades, antea solum orator. Fac, et alium id fragmentum finxisse, quolibet tamen cum historia conveniunt, quam auctor sanus exploravit, ne quid, hac etiam de parte, peccaretur. Dinarcho p. 50. si credamus, is tunc ab Harpalo sexies mille stateras aureos accepit. Notabilis habetur

locus, quem p. 55. sq. de demagogis ætatis suæ subjicit Dinarchus, istos alterum alteri publice convicia de industria dixisse, privatim autem, communi consensu, decepisse civitatem. Sed indidem patet, qua ratione tunc, in nominibus appellandis cautius, in re tractanda negligentius agere, nihiloque minus spem victoriæ sibi concipere, potuerit Demades. Objicitur enim simul Demostheni, quod is nullum unquam psephisma contra Demadem scripserit, licet hic egerit indigne, vel, quod additur, in administratione sua contra plebiscita legesque multa patrarit. Si vera foret oratio, post Dinarchum prodierit, oportet, Demades: dum ille profitetur, hunc non ausum esse sistere semet: Οὐ τετόλμηκεν αὐτοῖς δεῖξαι τὸ πρόσωπον, οὐδ' ἐναντία τῇ τῆς βουλῆς ἀποφάσει λέγειν ἠξίωσεν. At æque statim jungitur, ipsum nec potestatem senatui in se inquirendi fecisse, qua parte melior sit ejus, quam Demosthenis, causa. Idem Dinarchus, in Aristogitonem p. 72., quod tunc et Demosthenes et Demades puniti fuerint (ἐτιμωρήσασθε), asseverat. Id contempsisse Demadem arbitramur: qui non ignorabat, hac se conditione rerum patriæ semper necessarium fore.

IX. Sed ipsam orationis αὐθεντίαν pervestigemus. Inter argumenta vindicantia referri possent, quæ sequuntur. Demetrius, quem Phalereum vocant, vix e solis sententiis judicat; unde, licet earum nullam in fragmento nostro legamus, nihilo minus, ipsum aliquid literis mandatum reliquisse, patebit. Suidas meminit illius conscriptionis, quamvis ut ad Olympiadem missæ: pluresque recentiorum, quos inter editores, legitimum esse partum profitentur. Ipse pariter auctor §. 18. memorat, se non orationes forenses scribendo, sed habendo civiles, conspicuum fieri velle; potuisset ergo solam hanc excepisse, quam casu truncatam, tanquam nullam, posteri considerarint. Forsitan, id fragmentum exstare, pluribus et incognitum fuit. Io. Meursius in biblioth. Attica credit, Ciceronem, quem Fabius sequitur, de altero Demade, Suidæ præterea soli memorato, quem noster adoptarit, agere; nec igitur negare, nostrum aliquid scripsisse. Designari quoque potuit, aliorum calamo, vel memoria, fragmentum illud; ut tot sententiæ, quibus facetum fuisse Demadem varii comprobarunt. Utique res omnes cum conditione Demadis et historica fide quam optime consentiunt, nec ab auctore stilus alienus apparet. Quæ cum ita sint, non habet sufficientia, nec interius nec exterius, νοθείας indicia, debetque legitimum credi, donec demonstretur contrarium.

X. Verum tamen spuria videtur oratio, majoris fere momenti rationibus. Initium faciant testimonia veterum et recentiorum. Satis perspicue legitur apud Ciceronem in Bruto c. 9. §. 36. "Is, cujus nulla exstant scripta, Demades." Consentiens Quintilianus XII. 10. p. 751. "In agendo clarissimos quosdam (ait) nihil poste-

ritati mansurisque mox literis reliquisse, ut Periclem et Demadem." et II. 17. p. 129. " Neque enim orationes scribere ausus est, ut eum multum valuisse in dicendo sciamus." Inter recentiores Dionysius Petavius L. II. ep. 7., cum tot aliis, occurrit. Hi de diverso si loquerentur, cur non distinguerent a celebriore? cur plane nostri nullam facerent mentionem? curque non potius Suidas, qui modo scripta sua compilavit, errare potuit, duplicem fingendo? Nec e Demadis orationibus aliquid afferunt rhetores Græci, Dionys. Hal., Longinus, Hermogenes, alii, neque Lexicorum scriptores, Harpocration, Hesychius, Pollux. Eos omnes haud novisse, forsitan alicubi latens, fragmentum, non omnino verisimile fiet. Excusserunt omnia tanti viri, qui vel id ipsum, quod alius exceperit calamo, cum Demades diceret, sine dubio reperissent. Quatenus autem ad codicum fidem et interna quædam documenta res tota recurrit: ipsum argumentum satis leviter tractatur, ut ex hoc ungue vix leonem aliquem, sive Demosthenis æmulum, agnoscamus. Proponendi ratio levioribus figuris magis abundat, quam gravioribus. Fere perpetuis in ἀντιθέτοις verba vibrantur: multæ similitudines sententiæque minus acutæ passim offendunt; ut et repetitiones et lusiones verborum, non nunquam satis ineptæ. Si quis Gorgiæ stilum appellat: tempora distinguemus, ac nunc delicatiores Atticorum aures; quod et Diodorus Sic. XII. 53. innuit. Iste quidem stilus per scholas sophistarum instaurabatur; non autem, audito Demosthene, retinebatur in Attico foro. Nec meliorum partium eloquentiæ doctores, Aristoteles, et alii, tale quidquam præcipiunt, sed contrarium: ubi dicentes non alienis occupantur frigide, sed, uti Demosthenes, rem ipsam persequuntur. Passim dictio, certe sub finem, videretur hominis esse Christiani; nisi παρὰ θεῶν §. 3. et πρὸς θεῶν §. 10. legissemus. Novimus animum Servatoris περίλυπον Matth. XXVI. 38. ut et Saulus Act. VIII. 1. ἦν συνευδοκῶν. Quanquam prius vocabulum et Isocrates, qui ad Demonicum orationem scripsit, posterius Athenæus usurpavit. Sed hæc ad contextui subjiciendas observationes pertinent; ubi passim alia quoque notabimus. Licet haud ignoremus, in vocabulis facilius aliquid antiquum esse probari, quam negari.

XI. Ut autem ipse benevolus lector, quod equidem haud prorsus audeo, dijudicare queat, fragmentum illud, ex Aldino contextu p. 182. sqq., non sine correctione, inque minora membra distinctione, repetitum, efficiet. Dispositionem orationis si præfigere debeam: non invenio, præter exordium et partem oratoriæ narrationis. Exordium capite I. depromitur a commendatione judicum §. 1. et eorum officii §. 2. neque minus opis, inter petitiones adversariorum, desideratione §. 3. item a modesta depressione sui §. 4. cum inspersa laudatione, et narratione meritorum §. 5. a loco communi, de difficul-

tate judicandi, propter animum ab accusantibus motum §. 6., et applicatione ne hinc redundante cautela, ne reos injuste damnent §. 7. a magnanimi tandem proposito moriendi, si vel crimen haereat §. 8., vel publica salus id requirat §. 9. Capita II. Captatio benevolentiae principium cum altera parte connectit. Cum enim cedere nolit orator accusantium vaniloquentiae; petit audientiam §. 10. gratiamque flagitat in timore §. 11. Timet quidem, non causae suae, sed ne calliditas adversariorum judicibus imponat §. 12. Spe tamen horum justitiae fultus §. 13. alias etiam accusatores, qui fecisse fidem credebantur, in pudorem conjectos esse memorat, quod aeque jam fore confidit §. 14. Ipsius oratoriae narrationis tria membra reperio. Scilicet, capite III. de administratione reipublicae, quam in transitu vituperarant accusantes, dum ab ipsis initiis se dicturum profitetur §. 15. primam aetatem suam designat, tanquam pauperem, sed innocentem §. 16. 17. deinceps ait, se non causidicum privatum fuisse, sed in senatu dixisse §. 18., semperque communi civitatis utilitati consuluisse §. 19. postea se pacem Atticis salutarem pepigisse §. 20., non munera captando, sed necessitati prospiciendo §. 21. quamvis humanitatem simul Philippi regis laudet §. 22. Altero membro, capite IV., miscetur, mox Alexandro regi plus aequo non paucos adulatos esse §. 23. Lacones autem et Atticos debiliores tunc fuisse §. 24. cum Laconum robur Leuctrica pugna §. 25. Atheniensium alia praelia §. 26. Thebanorum aeque variae calamitates, fregerint §. 27. elati vero fuerint animis Macedones, Persicis jam opibus inhiantes §. 28. Tunc Demosthenem bellum decrevisse §. 29. se vero, plurimas inde noxas contemplatum, signasse pacem §. 30. Quod se laudabiliter fecisse prae se fert; quia declinare tempestatem praestet, quam subire §. 31. Itaque deprecatur inde nascentem offensionem, cum suasor neutiquam in potestate fortunam habeat §. 32. nec eventus, quin potius res in sese, considerari mereatur §. 33. 34. Membro tertio sive cap. V. tertium periculum memoratur, ab oratoribus tunc illatum §. 35., cum Demosthenes et Lycurgus dicerent, Alexandrum inter Triballos esse victum, immo defunctum §. 36. et vana spe, tam populum quam Thebanos Athenis versatos, delinirent; contra Demadem odiosum reddere laborarent §. 37. Ita quidem hic nec tota narratio legitur, nedum uberior defensio, pro longioris illius exordii conditione. Sed ipsum audiamus, vel fictum, vel verum Demadem.

ΔΗΜΑΔΟΥ

ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΔΩΔΕΚΑΕΤΙΑΣ.

Pag. ed. H. Steph. — Pag. ed. Reisk.

178. 27 (α΄.) ΤΗΣ μὲν τῶν κινδυνευόντων σωτηρίας, ὦ ἄνδρες 262
Ἀθηναῖοι, καὶ τῆς τιμωρίας ὑμεῖς παρὰ τῶν νόμων τὴν
ἐξουσίαν εἰλήφατε· (β΄.) οὔτε δὲ ἰατρὸς ἐμπείρως δύνα-
30 ται θεραπεῦσαι τοὺς κάμνοντας, ἂν μὴ τὴν αἰτίαν τοῦ
νοσήματος κατανοήσῃ, οὔτε δικαστὴς ὁσίαν θεῖναι τὴν
ψῆφον, ἐὰν μὴ τοῖς τῆς κρίσεως δικαίοις ᾖ παρηκολουθη-
κώς. (γ΄.) ἐμπεσὼν δὲ αὐτὸς εἰς μέσην τῶν ῥητόρων δυ- 263
σμένειαν, ὥσπερ τῆς παρὰ θεῶν, οὕτω τῆς παρ' ἡμῶν
δέομαι τυχεῖν βοηθείας. διαβάλλουσι γάρ μου τὸν βίον,
οἰόμενοι τὸν λόγον ἄπιστον καταστήσειν. (δ΄.) ἐγὼ δ'
35 ἀποθανὼν μὲν ἢ ζῶν οὐδέν εἰμι· τί γὰρ Ἀθηναίοις, εἰ
παρανάλωμα Δημάδης; (ε΄.) δακρύσει δέ μου τὴν ἀπώ-
λειαν οὐχ ὁ στρατιώτης — πῶς γάρ, ὃν αὔξει μὲν πόλε-
μος, εἰρήνη δ' οὐ τρέφει; — ἀλλ' ὁ τὴν χώραν γεωργῶν
καὶ ὁ τὴν θάλατταν πλέων καὶ πᾶς ὁ τὸν ἡσύχιον βίον
ἠγαπηκὼς, ᾧ τὴν Ἀττικὴν ἐτείχισα, τοὺς ὅρους τῆς χώρας
περιβαλὼν οὐ λίθοις ἀλλὰ τῇ τῆς πόλεως ἀσφαλείᾳ.
(ς΄.) δεινὸν δέ τι συμβαίνει πολλοῖς τῶν [1]κρινόντων, ὦ

[1] κριόντων ὅδε, Bekkerus.

Τοὺς καμνόντας] Antipho Tetralog. Γ. β. med. de medico dicit: αἱ ταύτην τὴν θεραπείαν θεραπεύουσιν. Sed utrumque vocabulum crebrum est in N. T. v. g. Matth. IV. 23. sq. VIII. 7. 16. IX. 35. cæt. Hauptmann.

Ὁσίαν θεῖναι] Demosth. c. Mid. §. ϟ'. petitus εὔορκον ψῆφον θέσθαι. cf. c. Aristocr. §. ϛ'. Lycurg. §. ϡ'. fin. Sed 13. 3. ὁσιώτατα διαζῶντας invenimus et 18. 6. ὅσιον ζῆσαι. Idem.

Ἡ παρηκολουθηκὼς] *sectatus fuerit*, ut 1 Tim. IV. 6. Εἰμαθῆς παρηκολουθηκὼς habet Æschines. [c. Tim. §. κ΄.] cf. Plut. *wald. ἀγ.* 2. 2. ed. Heus. Idem.

Εἰς μέσην] Non Hebraismum, sed pondus habet; ut reliquam hanc enuntiationem ipse Demosthenes. Idem.

Βοηθείας] Sic Antipho Accus. Pharm. §. δ'. Συμβείας παρ' ἡμῶν τυχεῖν. Idem.

Λόγον - - - εἰμι] F. λόγον οὕτως ἄπιστον καταστήσειν. ἐγὼ δ' ἀποθ. μὲν οὐδὲν μᾶλλον ἢ ζῶν οὐδέν εἰμι. Reisk.

Παρανάλωμα] *appendix, sumptus inutilis*; de quo, num ætatis Demosthenicæ sit vocabulum, adhuc dubito. Legere memini, de temporis impendio, apud Ælian. V. H. I. 17. Hauptm.

Ἀπώλειαν] Sic et Demosthenes subinde loquitur. Res ipsa vero difficultatem inferre posset; sive conditionem illo tempore militum Græcorum, sive reipublicæ debilem statum, spectemus. Idem.

Ἡσύχιον βίον] 1 Tim. II. 2. Sed est etiam in Demosthenis Phil. IV. [§. ιζ'.] et alibi, ἡσύχιος et ἀπράγμων βίος. Idem.

Ὧδε] *in hanc sententiam*, vel *hæc loca*, ut apud Xenoph. Idem.

ἄνδρες δικασταί. ὥσπερ γὰρ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν νόσος τὴν 40
ὄρασιν συγχέασα κωλύει τὰ ἐμποδὼν κείμενα θεωρεῖν,
264 οὕτως ἄδικος παρεισδύνων λόγος εἰς τὰς τῶν δικαστῶν
γνώμας οὐκ ἐᾷ δι' ὀργὴν συνορᾶν τὴν ἀλήθειαν. (ζ'.) διὸ
καὶ δεῖ συνορᾶν ὑμᾶς εὐλαβῶς ἐπὶ τῶν κινδυνευόντων μᾶλλον
ἢ τῶν ἐγκαλούντων· οἱ μὲν γὰρ αὐτόθεν ἔχουσιν ἐκ τῆς πρω-
τολογίας ὁποῖον αὐτοὶ βούλονται τὸν δικαστήν, οἱ δ' ἀνα-
γκάζονται πρὸς ὠργισμένους κριτὰς τὴν διάνοιαν ἀντιτάσ- 179. 1
σεσθαι. (η'.) ἐὰν μὲν οὖν φαίνωμαί τοῖς ἐγκαλουμένοις ἔνο-
Ὄντας πατρῶν] Stephanus interponi suadebat aut ἀξίους aut κληρονόμους. Verum nil h. l. deest, sed solummodo pro postremo vocabulo leg. est πατρίων, scil. ἀθλοις vel ἐπαίνοις. conf. p. 548. 11. Idem.

Κάλλιων] Subaudi ἢ ἐστι τὰ καλὰ γεγονέναι τὰ ἱερὰ, καὶ τὸ ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Idem.

Ἀλλὰ τοῦτο] Post ἀλλὰ deest aliquid parum, e. c. πολίτουσι συνῆν. *qui parati non sunt, ut a cohortationibus accendantur, οὐ παρακελ. sed postulant ut orator conticescat, his imprimis morem esse gerendum censeo,* h. e. videtur mihi factu imprimis esse necessarium, ut orator id faciat, quod illi postulant, id est, ut conticescat. Idem.

Λέγειν] Post λέγειν aut post ποιεῖν deesse videtur πάντα. *etiamsi tu nihil non dicas, nihil non agas, incassum tamen laboras.* Idem.

Ἐθέλουσί γε] Imo vero ἐθέλουσί τε. Verum ἐθέλουσι et βουλομένοις annon idem significant? Num ergo in locum posterioris sufficiendum est δυναμένοις? Idem.

Τοὐναντίον] Scil. δεῖ λέγειν πάντα, καὶ ποιεῖν πάντα, σπεύδοντα ὅπως ἔσονται ἀγαθοί. Idem.

Αὐτὴν] Malim καὶ αὐτὴν, *etiam ipsam.* Idem.

Καὶ ἆθλοις καὶ ἐπαίνοις] Satis certum penes me est in locum dativorum suffici debere accusativos. et satis planum proinde est ἐπαίνους corrigere. verum quid ἆθλους faciemus. non profecto ἆθλους licebit substituere. at nescio rursus an ἆθλα, *præmia certaminum,* minus liceat. Num ergo leg. καὶ τοῖς ἆθλοις ἴσους ἐπαίνους. Idem.

Ὀλίγῳ πρόσθεν] Locus est p. 173. 2. ed. Steph. Idem.

Παρασκευάσαντες] Παρασκευάσει. H. Stephan. παρασκευάσατε. Canter. Recte locum constituit Stephanus. Sententia hæc est: Quapropter non facile quisquam præclarius ediderit indicium boni eventus hoc certamen manentis, quam est illud, quod ego edidi, scil. propitiam deorum voluntatem et æquitatem causæ nostræ. Reisk.

Βλάψει] Βλάψει. Canter.

Τιμίτερον δι' ὑμᾶς ἔχουσι] Num ὑμέτερον δι' ὑμᾶς γὰρ ἔχουσι. *quæ hostium quæcunque et quantacunque est dignitas, vestra est, nam vobis debetur. propter vos ea gaudent.* Cæterum sic volebat: πολεμίων ὑμετέρων, ὃ δι' ὑμᾶς ἔχ. Reisk. Τιμίτερον. *In Append.* ad Person. Adv. p. 327. Jacobs.

ἐν τοῖς Ἕλλησι μέγα ἀξίωμα ἀρετῆς ἔσχον καὶ λόγων ἀγαθὸν, οἵ τε νέοι. μαρτύριον δὲ τούτου ὑμῖν ἐρῶ. οἱ μὲν ἄλλοι πάντες Ἕλληνες ἐκ τῆς σφετέρας αὐτῶν μετα-
στάντες οἰκοῦσιν [1]ἕκαστος αὐτῶν, ἐξελάσαντες ἑτέρους,
23 καὶ αὐτοὶ ἐξελαθέντες ὑφ᾽ ἑτέρων. καὶ κατὰ τοῦτο δύο φέρεσθε καυχήματα ἀρετῆς· οὔτι γὰρ ἐξηλάθητε [2]ἀπὸ τῆς σφετέρας αὐτῶν ὑπὸ οὐδαμῶν ἀνθρώπων, οὔτε ἐξελάσαντες ἑτέρους αὐτοὶ οἰκεῖτε, καὶ κατὰ μὲν τὸ μὴ [3]ἐξελασθῆναι ἀνδρείας στέφανον τὴν πατρίδα ἔχετε, κατὰ δὲ τὸ μὴ ἐξελάσαι δικαιοσύνης. ταῦτα μὲν γὰρ τῶν παλαιῶν
[4]μαρτύρια ἀρετῆς πατέρων· τῶν δὲ νέων ἄλλα τε πολλὰ,
24 καὶ [5]ὅτι τῷ βαρβάρῳ στρατῷ ὑποχωρήσαντες ἐκ τῆς πατρίδος καὶ αὐτοὶ καὶ τὰ τέκνα, ὁρμώμενοι ἐκ τῆς Σαλαμῖνος ἠλευθερώσατε πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα καὶ τούτους οἳ νῦν ἐφ᾽ ὑμᾶς ἔρχονται. ὦ Ζεῦ τε καὶ θεοὶ, μεγάλης αἰσχύνης! ἐπὶ τοὺς ἐλευθερώσαντας οἱ ἐλευθερωθέντες ἔρχονται, δουλώσοντες μετὰ τῶν τῇ Ἑλλάδι δουλείαν φερόντων
Ἑλλήνων, μετὰ τῶν ὑμετέρων δούλων, οὐδέν γε τῶν αὐτῶν ποιοῦντες τοῖς ὑμετέροις προγόνοις, οἵ ποτε τῇ Σπάρτῃ ἐπεβοήθησαν [6]ἐπανισταμένων τῶν δούλων, ὅτε ἀφίκετο

[1] ἕκαστοι [2] * ἀπὸ om. [3] ἐξελασθῶσι
[4] μαρτυρία ἀρετῆς πατρῴων, τῶν τε νέων· καὶ ὅτι μὲν, ἀλλ᾽ [5] ὅτε τῷ Σαρβάρων
[6] ἐφισταμένων

Ἕκαστος αὐτῶν] Malim ἕκαστοι τὸν αὐτῶν. Reisk.

Ἐξελασθέντες] Π. ἐξελαθέντες, καὶ ἐλήφθησαν ἐξελασθῆναι. Ἢ καὶ τὸ ἐξελάθητε εἰς τὸ ἐξελάσθητε δεῖ μεταβάλλειν. H. Stephan.

Οἰκεῖτε] Subaudi τὴν τούτων, τῶν ἐξελασθέντων ὑφ᾽ ὑμῶν. Reisk.

Γῆς] Malim ἐνέχεα. Idem.

Μαρτύρια] Imo vero μαρτύρια, a nominat. singul. μαρτύριον, neutrius generis, ob præmissum τοῦτο. Idem.

Πατρῴων] Malim πατέρων. Idem.

Τῶν δὲ νέων] Pro particula τε malim δὲ, ob præmissum τῶν μὲν. Idem.

Καὶ ὅτι μὲν] Pro medio vocabulo conjecit Casterus ἴσως. recte id quidem, si multum fallor, verum non exhaurit rem. ulterius erat procedendum. Conjecturæ si licet indulgere, quod in loco desperato licere arbitror, ita videtur legendum: τῶν δὲ νέων [repete tacite e præmissis ἀρετῆς μαρτύρια] καὶ τῶν ὅτι μάλιστα [subaudi ἐν τῷ τῶν ἀνδρείων μέρει] ἄλλα τε πολλὰ, καὶ [subaudi τοῦτο] ὅτι [non ὅτε, quod vulgatus dant]. *recentiorum autem majorum virtutis documenta manent vel adhuc dum in hominum memoria vigentque, ut alia permulta, ita hoc quoque, quod* —. Idem.

Ἀπὸ τῆς σφετ.] Ἀπὸ τῆς σφετ. Ad Herodot. l. 1. 56. Wesseling.

Τούτους] Lacedæmonios designat. Reisk.

Μεγάλης] Aut μετὰ præponendum est, aut τῆς, ut sic exclamatio mirantis et stomachantis. *o Jupiter et vos reliqui dii, tam portentosæ impietatis!* (subaudi ἔσται, ergo) *nos tantor.* Idem.

Φερόντων] Alius usurpasset ὑπηρέτων. Idem.

Ἀφίκετο] Sed quisnam? num ὁ κύριος videtur potius nomen regis Spartani, qui tum fuit, excidisse, quod nomen quærere mihi nunc non vacat. quærant quibus volupe erit et otium suppetet. Invenient apud Cragium aliosque, qui de rebus Laconicis expossere. Casterus, quasi sentiens defectum, reddidit h. l. cum quidem

καὶ ἔχων φοινικίδα ἐπεκάλει τοὺς προγόνους βοηθῆσαι καὶ μὴ περιιδεῖν ἐπιβουλευθεῖσαν τὴν Σπάρτην. ἀντὶ δὲ τῆς 25
εὐεργεσίας τῆσδε τῆνδε ἡμῖν τὴν κακοεργασίαν ἀποδιδόασι,
30 καὶ νῦν οὗτοι τῆς ὑμετέρας ἕνεκα ἀρετῆς ὄντες οἵτινες εἰσὶ,
δεῦσί τε τὴν ὑμετέραν καὶ ἐλευθεροῦσι τοὺς ὑμετέρους
δούλους καὶ ἐπάγουσιν ἐφ' ὑμᾶς παρανόμως καὶ παρασπόν-
δους, οἷς οὐδὲ θέμις ἦν Ἡρακλειδῶν ἡγουμένων Ἀθηναίων
ἐπιβῆναι σὺν πολεμίοις ὅπλοις. ἀλλὰ γὰρ οὔτε θεοὺς οὔτε
ἀνθρώπους αἰδοῦνται· οὐ γὰρ ἂν τάδε ἐποίουν. ὑμεῖς, ἐὰν
θεὸς θέλῃ, δίκην αὐτοῖς ἐπιθήσετε. 26

35 β. Ἐνθυμήθητε δέ, ὅτι ὑμεῖς μὲν ἐκ τῆς ὑμετέρας αὐτῶν
ὁρμώμενοι ἀγωνιεῖσθε, ἀπὸ ἑστίας πατρῴας ἕκαστος καὶ
θεῶν τῶν ἄλλων καὶ πόλεως, οὐ τῶν κτισάντων φονέες
γενόμενοι, ἀλλὰ τοκέων τυχόντες, τοῖς ὑμετέροις θεοῖς
εὐξάμενοι περὶ τῶν αὐτῶν, ὥστε καὶ τὴν δίκην. τὴν παρὰ 27

ab illis — petisset auxilium. IDEM. Περικλείδας Orellius coll. Plutarch. Cim. 16. qui sic: Οἱ γὰρ Εἱλῶται ἐκ τῶν ἀγρῶν συνίδρυμα σπαστὸν ὄντες, ὃς συναφεστήκεσαν τοὺς σεσωσμένους [scil. ἐκ τοῦ σεισμοῦ] τῶν Σπαρτιατῶν. - - - πίμπουσιν οὖν οἱ Λακεδαιμόνιοι Περικλείδαν εἰς Ἀθήνας, βοήθειν, ἂν φησι κωμῳδῶν Ἀριστοφάνης καθιζόμενον ἐπὶ τοῖς βωμοῖς ἔχειν ἐν φοινικίδι στρατιὰν ἅπασαν.

Ἔχων φοινικίδα] Ergo feciales Græcorum, Spartanorum certe, cum supplicatum opemque ferendam efflagitatum aliquo venirent, russati erant, h. e. vestem russam corpore gerebant, aut eam e pertica suspensam præferebant? Sed cur? quid significaturi? num, vim sibi fieri, orarem suam peti? quapropter supplicare, ne immanitati hostium suorum inulti permittantur. Nam alias denuntiabant supplices hoc ritu, iis, quibus supplicassent, si fiat, ut rejecti perirent, sanguinis sui pœnas ipsos esse daturos, qui periclitantes, quos servare potuissent, perire sivissent. De panno puniceo attigi ad Lysiam p. 253. verum illius panni alia ratio est, atque hic commemorati. IDEM.

Οἵτινες εἰσὶν εἰσί] Qui istam tantam, quæ nunc sunt terribiles, potentiam, soli debent commiserationi vestræ, qua moti eos tum præsenti eripiebatis exitio. IDEM.

Οὐδὲ] Cohæret, non cum θέμις ἦν, sed cum remotiore Ἡρακλειδῶν ἡγουμένων. *ne si Heraclidæ quidem duces belli forent, eosque adversus fines Atticos ducerent.* IDEM.

Ἀθηναίων] Imo vero τῇ vel τὸν Ἀθηναίων, scil. γῇ vel χώρᾳ vel χθονί. *in solum Atticum invadere.* IDEM.

Οὐ γὰρ ἂν τάδε ἐποίουν] Scil. εἰ τοῦτο ἠδοῦντο. IDEM.

Ὑμεῖς, ἐὰν] H. ὑμεῖς δὲ ἐὰν. H. STEPHAN. Ego malim sic legi. — *iniquum. ὧν ὑμεῖς, ἐὰν — quorum scelerum vos ab iis, propitio deo, pœnas repetetis.* REISK.

Τῶν ἄλλων καὶ πόλεως] Id est, τῶν τε παρ' ἄλλοις νομιζομένων, καὶ τῶν ταύτῃ τῇ πόλει ἰδίων καὶ πατρίων. IDEM.

Τῶν κτισάντων φονέες] Nam Heraclidæ Pelopidas, antiquiores Peloponnesi incolas, exstirparunt. IDEM.

Τοκέων τυχόντες] Num εὐτυχοῦντες, vel potius εὐσεβῶν, interponendum est. Sin autem vulgata b. l. bene habet, tacite e præmissis erit τῶν κτισάντων repetendum. *parentibus usi iis, qui iisdem etiam soli hujus primi cultores fuissent.* Sive, *a quibus vos secunda fortuna estis pragnati, hi primi solum hoc satis et cultis et oppidis et legibus habitabile reddiderunt. an euern Eltern habt ihr die ersten Anbauer dieses Landes.* Sed magis placet εὐσεβῶν addi. *vestri majores non fuerunt tam impii atque fuerunt majores Spartanorum.* IDEM.

Εὐξάμενοι] Num εἰξάμενοι. ut ad τοκέων referatur. quod si probetur, tum ad illa περὶ τῶν αὐτῶν tacita mente adjungendum erit a lectore quoque ὑμῖν. *parentibus usi iis, qui eadem, quæ vos poscitis, poposcerant deos vestros.* Sin autem nominativum hic servabimus, tum aptus is erit e communi ἀγωνιεῖσθε verso 12. *ibitis in bellum votis factis ad deos vestros, formulis et ritibus iisdem, atque majores vestri olim faciebant.* ubi vos a diis vestris eadem rogaveritis,

θεῶν καὶ δαιμόνων μεγάλην σύμμαχον ἔχειν. μαίχεσθε δὲ ἀνδράσιν ὑβρισταῖς καὶ ἀνοσίοις, οἳ τὴν μὲν σφετέραν αὐτῶν ἐν ᾗ ἐγένοντο ἀπώλεσαν καὶ ἐξέλιπον, ἣ θεοῖς ἔχθρων θέντες ἢ κακοί τε καὶ ἀνάλκιδες ὄντες· ἐπὶ δὲ τὴν ὑμετέραν ἔρχονται ἐξ ἀλλοτρίας ὁρμώμενοι, οὔτ' ἀπὸ τῆς σφετέρας ἑστίας ἕκαστος αὐτῶν οὔτ' ἀπὸ τῶν ἄλλων οὔτ' ἀπὸ πατρῴων θεῶν, ἀπὸ Ἐρυσίνων δὲ καὶ ἀπὸ [1] Ἀπάτης δαιμόνων ἐλαυνόμενοι ἥκουσι δίκην δώσοντες. οὐ γὰρ οὔτε πλείους ὑμῶν εἰσὶν οὔτε εὐσπλάτεροι· οὔτε ὑμετέραν δειλίαν καταγνόντες ἔρχονται αὐτῶν θρασύτητι διὰ τῆς ὑμετέρας, ἀλλὰ θεῶν τις ἄγει αὐτοὺς δώσοντας δίκας μιαρῶν τε καὶ ἀνοσίων ἔργων. παραστήτω οὖν ὑμῶν ἕκαστος τοῦτο, ὡς τὸ θαρρεῖν πλεῖστον φέρεται εἰς τὸ νικᾶν. ὡς οὖν καὶ τῶν θεῶν συμμαχόντων ὄντων, καὶ ὑπαρχόντων ὑμῖν τούτων [2] καὶ ἀμείνοσιν εἶναι καὶ [3] εὐδοξοτέρους, βραχὺν χρόνον ἀνασχόμενοι τὰ ὅπλα τῶν πολεμίων μακρὰν δόξαν καταστήσεσθε ἀρετῆς εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, καὶ ἀναμνήσετε πάντας τοὺς ἀνθρώπους ὅτι ὑμεῖς ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ἐστὲ παῖδες, οἱ ποτε ἀποβάντας τοὺς βαρβάρους τῆς ὑμετέρας εἰς Μαραθῶνα αὐτοβοεὶ νικήσαντες πολλὰς μυριάδας ἀνθρώπων ἐξέβαλον ἐκ τῆς γῆς, τοὺς δ' ἀπέκτειναν, οὐ περιιδόντες οὔτ' εἴ τις αὐτοῖς ἔμελλεν ἐκ τῆς Πελοποννήσου βοήθεια ἥξειν, οὔτ' εἰ ὀλίγοι πολλοῖς μαχοῦνται, ἀλλὰ τῇ

28 29 174. 1

[1] Ἄτης [2] καὶ om. [3] εὐδοξότερος

quam illi quondam rogabant. Et tum ad παρὰ τῶν εἰκότων subaudiendum erit ἐσόμενος. IDEM.

Ἔχειν] Subaudi ὑμᾶς. quo fit, ut habeatis. IDEM.

Μάχεσθε] Π. μαχέσασθε. Ἡ μᾶλλον, μαχοῖσθε. Οὕτω γὰρ ἐν τῷ τέλει τούτου τοῦ λόγου. H. STEPHAN. Haud liquet. Ego equidem vulgata h. l. haud multum offendar. REISK.

Ἐκ τῆς Λακωνικῆς] Spartani enim stirpitus e Dorico eriendi, quem Phocidi et Thessalis intulerant, illine egressi, in Peloponnesum invecerant. IDEM.

Οἵνες] Utrum hoc aequivalet vocabulo ἐκείνοις, an hoc illi est sufficiendum. Sed prius verius. IDEM.

Ἀλλοφύλοις] Laconica enim non erat Spartanis verum natale solum, sed Hellas propria sic dicta. IDEM.

Ἄλλοσε] Jam paulo ante contentim insitatae et haud planissimae dictionis expessi. non profecti in bellum, neque coepta ea auspicati a diis propitiis, neque illis, qui aliis populis Graecis communes sunt, neque his adeo quoque, qui ipsis sunt proprii. IDEM. οὔτ' ἀπὸ post ἄλλων, ut temere iterata, delectum it Bekkerus.

Ἄτ' Ἄτης] ob Ate divinitus immissa. Sic dedi de meo, pro vulgari διὰ Ἀπάτης. REISK.

Τιμωρίαν] Imo vero ὑμῶν. neque hoc, quod vos ignavos atque imbelles haberent. IDEM.

Τούτων] Π. τοῦτο. H. STEPHAN.

Ἐπαρχόντων] Π. ἐπάρχοντες. IDEM. Subaudi φίλων καὶ συμμάχων. REISK. ἐπάρχω de suo dedit Bekkerus.

Ἀμείνοσιν εἶναι] Interpone ἐστὲ, et subaudi ὑμῖν. vobis licet eas potioribus. IDEM.

Οὔτ' εἰ] Interponendum videtur ἤλθε-

σφετέροις αὐτῶν ἀρετῇ πιστεύσαντες συμβαλόντες ἐνίκησαν· τοῦτο δὲ Πλαταιεῦσι μετὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ταὐτὰ φρονούντων ἐνίκων μαχόμενοι· ἐνίκησαν δὲ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ τῆς Εὐβοίας ναυμαχοῦντες καὶ πρὸ Σαλαμῖνος, ὥστε εἰς τόδε ἡμέρας σωτῆρες τῆς Ἑλλάδος ἀνομάζεσθαι. πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ἀγῶνας καὶ καλοὺς ἠγωνίσαντο οἱ ὑμέτεροι πατέρες, ὧν τῆς νίκης τῶν ἄθλων ὅροι πεπήγασι πολλῶν ἡμερῶν πλοῦν ἀπὸ τῆς ὑμετέρας πόλεις μεγάλαι, ὑπακούσαι τοῦ ὑμετέρου κήρυκος. εὐξάμενοι οὖν τοῖς θεοῖς τοῖς Ὀλυμπίοις, οἳ ἡμῖν κατὰ τὸ εἰκὸς πλέον νέμουσιν ἢ τοῖς πολεμίοις, εὐχῇ συμβάλλωμεν λῃσταῖς ἀνδράσι. θαῤῥεῖτε δέ· [1] καὶ ἴσα νεμόντων τῶν θεῶν εὖ ἀγωνιεῖσθε. τὰ ἱερὰ καλὰ καὶ τὸ δίκαιον ὑμῖν μὲν θαῤῥεῖν παρέξει, ἐκείνοις δὲ δεδιέναι. ἃ δὲ μάλιστα ἄνδρας νέους παροξύνει, ὑμῶν αὐτῶν ἀκούσατε, πόλεώς τε μέγεθος καὶ εὐδαιμονίας καὶ δόξης ἣν ἕκαστος παρ' ἑαυτῷ ἔχει, ἅ τε νέοις ἀνδράσιν ἡλικίας δὲ ἀθύρματα, παῖδες καλοὶ καὶ γυναῖκες καὶ γυμνάσια καὶ κυνηγέσια, ὧν ὑμεῖς τῇ μεγάλῃ ἐλευθερίᾳ πλεῖστά τε καὶ

[1] ὡς

δεῦντες, aut ἱστοθέντες, vel tale quid. nam profecto περιδέντες e præmissis huc pertrahi nequit. quod ibi significat *exspectantes, præstolantes.* hic autem significatio *recogitantes, reputantes secum, pensitantes* convenit. Sed erunt, qui Synesin mihi opponent, quos sensu suo frui sinam, et figura sua delectari. IDEM.

Τοῦτο δὲ] Non præcedit τοῦτο μὲν, sed solummodo ὥστε p. 550. 19. cui ὥστε hoc τοῦτο δὲ respondet, modo loquendi rariusculo. Aut lege μετὰ τοῦτο. IDEM.

Ταῦτα φρον.] Π. ταὐτὰ φρον. H. STEPHAN.

Σωτῆρες] Malim σωτῆρας. subauditur enim αὐτούς. REISK.

Ὧν τῆς νίκης τῶν ἄθλων] Idem est, ac si dixisset: ἐν οἷς ἀγῶσιν οἵς νίκησαν ἆθλους, τούτων ὅροι — Appellat autem ὅρους hic loci *pignora*, respiciens ad illos ὅρους seu *palos*, qui figebantur in fundis vel ad domos oppigneratas, quas vendere non licebat. His eum palis comparat oppida in memoriam victoriarum ab Atheniensibus partarum condita. Quemadmodum hæ domus, et hi fundi, qui ejusmodi palis velut obsignati sunt, creditoribus eripi nequeunt, quibus oppigneratæ sunt, donec ipsis de ære mutuo credito satisfactum fuerit, ita quoque sunt hæc oppida notæ quædam publicæ, testantes, illas victorias, quarum ad memoriam conservandam et propagandam illa condita et veluti fixa fuerint, Atheniensium esse proprias, aliique nemini jus earum competere. IDEM.

Εὐχῇ] Imo vero ἀγαθῇ τύχῃ. v. p. 552. pen. nisi εὐχῇ est, *cum congratulatione*, ut in re votis multum expetita. IDEM.

Ὡς ἴσα νεμόντων] *confidite fore ut, dii si sint æqui* (sed dii æqui sunt) *prospere dimicetis.* sic dedi de meo, pro vulgari καὶ εἰς ἃ νεμόντων. Siglas, alteram καί, alteram ὡς, significantes in codicibus mutis, ita esse inter se similes, ut facile permutentur a minus cautis minusque peritis, res nota est. IDEM.

Τὰ ἱερὰ] Malim sic legi: τὰ γὰρ ἱερὰ καλὰ ὄντα [vel γεγενότα], καὶ τὸ δίκ. *acta enim*, vel *sacra, cum fausta nobis et auspicata sint* [vel cum perlitaverimus], *et jus atque fas*, quod nobiscum est, *fiduciam vobis præbebunt.* IDEM.

Ἡλικίας δὲ ἀθύρματα] Pro media voce malim οἷον, *quasi*; et subaudi ἐστὶν. *quæ juventutis quædam quasi sunt oblectamenta.* IDEM.

Κυνηγέσια] Subaudi a communi e præmissis, ταῦτα ὑμῶν αὐτῶν ἀκούσατε. *a me ista commemorari et vobis ad animum revo-*

κάλλιστα ἀπολαύετε· περὶ ὧν μαχεῖσθε νυνὶ ὑμετέρων ὄντων περιττὸν ἀνδράσιν οἷς ταῦτα σπάνια. παρακελευσάμενοι οὖν ὑμῖν αὐτοῖς, ἀνὴρ ἀνδρὶ καὶ δημότης δημότῃ καὶ φυλέτης φυλέτῃ, χρῆσθε τύχῃ ἀγαθῇ, ἐπειδάν ἡγῆταί τις ἐπὶ τοὺς πολεμίους.

cari ne exspectate, sed ipsimet animis vestris subjicite. IDEM.

Ὧν ὑμεῖς] Videtur sic. leg. ὧν ὑμεῖς πάντων μετὰ τῆς ἐλευθερίας — *quorum omnium fructus cum libertate* [h. e. si liberi sitis, libertatemque si tueamini] *abundantissimoque et florentissima percipietis.* Nam πλεῖστα et κάλλιστα h. l. accipienda sunt adverbialiter; aut alias leg. sit πλείστων et καλλίστων. quod minus videtur necesse esse. Vel τούτων ὑμεῖς αὐτοὶ μετὰ τῆς ἐλ. — ἀπολαύσητε. IDEM.

Ἀπολαύετε] Malim ἀπολαύσητε. IDEM.

Σπάνια. παρακελευσάμενοι] Intepone παρακελεύσθαι. *supervacaneum fuerit, fortes viros, quibus ista cara sint, magnique fiant, multis cohortari. quare cohortamini vosmet ipsi.* σπάνια h. l. accipio pro ἀγαστὰ καὶ πολυτίμητα καὶ περισπούδαστα. Ceterum hæc quinque vocabula, περιττὸν ἀνδράσιν οἷς ταῦτα σπάνια, censebat amputanda, et supervacanea, et a scholiasta quopiam assuta. in quo multum falsus fuit. Bonorum auctorum ecquid superuerit, si nobis sumamus in eos ad hunc modum grassari? IDEM.

Καὶ δημότῃ] Π. καὶ δημότης δημότῃ. H. STEPHAN.

Χρῆσθε] Ἴτε de suo Bekkerus.

Η Ρ Ω Δ Η Σ.

RAPHAELIS FIORILLO

PRÆFATIO

AD HERODEM.

SEMPITERNAM nominis famam clarissimis ingenii monumentis consecutus est Herodes Atticus, qui illa tempestate floruit, qua Græcorum Romanorumque scriptores, ab humano cultu jamjam deficere, litterarum studia ad interitum vergere, priscus Græci sermonis nitor obscurari, ac poetæ, non elegantiæ, facilitati ac gratiæ, quæ in Atticis tantopere delectant, sed tumori cuidam et nimio inanique ornatui studere cœperant. Hac igitur ætate paullo nitidiorem orationem, nonne eadem admiratione et lætitia excipiamus, qua stellam solemus, caliginosa nocte radiantem, aut egregiæ virtutis exemplum, corrupta in civitate prosequi?

Operæ igitur pretium omnino me facturum esse putavi, nova Carminum Triopeorum editione adornata, quod non unam ob causam digna ea sunt, ut a studiosis litterarum Græcarum lectitentur.

Commentatoribus, qui carmina quæ restant duo illustrarunt, me ita adjungere, ut proferrem aliquid, quod a Salmasio, Viscontio, aliisque intactum relictum esset, profiteri haud ausus sum. Quum vero in legendis carminibus aliquid temporis consumpserim, multa in mentem mihi venere, quæ partim ad illustranda duo carmina, partim ad nonnulla aliorum poetarum loca accuratius cognoscenda prodesse mihi videbantur. Exposui igitur in animadversionibus verba poetæ, et, si qua ex aliorum imitatione posita viderem, enotavi. Omnem denique curam adhibui, non quidem, ut, quæ ad historiam poetæ spectant, enarrarem, sive ut iis locis, quæ e Romana historia luce aliqua indigeant, lucem affunderem, hæc enim Viscontius jam apposuit, sed ut verba sententiasque poeticas indagarem, et illustrarem. Quantum vero utilitatis ex labore meo ad poemata redundet, rectene in dijudicandis examinandisque carminibus versatus sim, aliorum esto judicium.

Ante vero quam ad carmina ipsa transgrediar, non alienum est, brevem rerum, quæ in libello obvenient, imaginem ante oculos ponere, ac diversa capita indicare. Herodis Attici vitam multi exposuere, sed nemo de eo accuratius egit Cl. Eichstaedtio, qui

Herodis enarranda, comparandisque et conciliandis inter se veterum scriptorum de Herode testimoniis, omnes subortas difficultates feliciter sustulit. Hoc caput e Fabricii Bibliotheca desumptum adjungendum censui, observationibus nonnullis inspersis additisque notulis nostris. Quæ in Academiæ Parisinæ Actis (Mémoires de Litterature, T. XXX. p. 1. sq.), exstat de Herode dissertatio, Burignyi, eandem, quam in aliis hujus viri docti scriptis invenimus, antiquitatis scientiam ostendit, at quia sæpius indagata non recte attulit, et conjecturis indulsit, sæplus non necessariis, eam omisimus.

Adjeci orationem quæ Herodis nomine inscripta est, *tradidique* operis exscribendum Reiskii exemplum, cum Latina *Meursii interpretatione*. Quoties Reiskius in Animadversionibus conjecturas suas commemorat, eas integras subjunxi, pluribus vero ad orationem de lectionis varietate sententiam dicere nolui, quia, ut bene Reiskius monuit, vix digna est, ut in explicatione ingenium conteratur. Ipsam enim si orationem sub Herodis nomine adhuc venditatam examinamus, linguam videmus multas contraxisse sordes ab illorum temporum, quibus sermonis pura indoles elegantiaque naturalis perierat, contagione. Quare, qui diurna eum optimis Atticis oratoribus familiaritate contracta, ingenuam et amabilem Græcæ Suadæ faciem norunt et unice diligunt, eos Anonymi, Herodis nomen mentiti, eloquentia parum delectabit. Attamen ad historiam eloquentiæ Græcæ, quin ad humani ingenii historiam cognoscendam, non solum faciunt egregia magnorum virorum opera, sed pertinent huc quoque mediocres, immo, qui ne mediocritatem quidem attingunt, libri.

Aliam viam inii in explicandis carminibus. Salmasius, in magno suo Commentario, immensam protulit variæ eruditionis copiam; exspatiatur non raro liberius, atque varietatibus distinguendo opus, diverticula quasi quærit, ubi, qui antiquitatis amore ducuntur, suaviter requiescant. Nos usos esse viri eruditi animadversionibus, libere fatemur, et, ne apud æquos rerum judices, hoc fraudi sit, vix veremur. Quod præcipue doctissimus Visconti, in optimo Commentario observandum sibi putavit, pertinet ad rerum verborumque illustrationem. Non sine voluptate agnovimus miram doctrinæ copiam, Græcæ linguæ scientiam accuratam, antiquitatis studium singulare. Locis multis e lapidibus, quos ante oculos habuit, affusam esse lucem, multa historiæ capita egregie exposita, indolemque carminum præclare illustratam esse fatemur. Non exiguum itaque fructum lectores percepturos esse speravimus, additis nostræ editioni præcipuis Viscontii observationibus, quia non admodum multa exempla in has terras putamus perlata esse,

neque multorum Bibliothecas apud nos, exemplari aliquo ornatum iri probabile videtur.

Restat, ut nonnulla de carminibus, eorumque indole adjiciamus. Credidere Viri docti Inscriptionum auctorem esse Herodem Atticum; primo certe loco positæ. At mihi omnino vera videtur esse sententia Viscontii, qui Marcellum Sideten, tempore Marci Aurelii florentem poetam, auctorem esse putat. Etenim, quæ secundo loco exhibita est Inscriptio, nomen poetæ præ se fert ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ, in quo explicando, et editores carminis, et Spanhemius (ad Callimachi Hymn. in Cer. v. 8.), operam frustra consumpserunt, tum, quia poetica alteram superare videtur præstantia, tum, quia Triopium Herodis adituris forsitan primo aditu et loco conspiceretur. Suspicio Viscontii admodum probabilis visa est Viro erudito, in Ephemeridibus Gottingensibus, anni 1795. Nro. 180.; adversus eam quædam monuit Cl. Eichstaedt, in censura, quæ inserta est Ephemeridibus Univ. Litterariis, Ienæ prodeuntibus, anni 1596. Nro. 61. Paucis tantum examinemus ea, quibus Itali argumenta diluere studuit. Ac primum quidem monuit Vir doctissimus, fragmenta, quæ è Marcelli Ἰατρικοῖς περὶ ἰχθύων[1] restant, non eundem præ se ferre colorem. In illis dicendi genus esse simplex, nullo sententiarum verborumque splendore illustre, in Inscriptionibus contra vibrans, ornamentis ambitiose quæsitis distinctum, turgescensque nonnunquam tumore immodico. At hoc judicio minime contenti, plura desideramus argumenta. Primum enim, de toto orationis habitu, etsi e paucis fragmentis, quæ solummodo piscium catalogo constant, vix judicari potest, non dubitamus tamen fore, ut, si quis ea legat, deinde Inscriptiones recitet, sonum nescio quomodo consentientem in auribus sentiat. Verum hoc sentiri magis, quam verbis explicari potest. Præterea sermonis in carmine de piscibus longe alia ratio est, quam in carmine dedicationem Triopii continente. Cur non ab illa ratione dicendi declinasse, et in dedicatorio carmine alio more poetam locutum esse dicamus? Quodsi deinde Marcellus in Carmine de piscibus, floridum dicendi genus adhibuisset, quam ridicule egisset! Aliis enim verbis in enumeratione piscium, ad Pancratis Arcadis, Archestrati aut Alexandri Ætoli, ut mihi videtur, exemplum composita, aliis in carmine dedicatorio opus: aliis, si quid sapio, verbis de historia naturali, aliis de simulacro aut statua dicimus. Ipse Nicander, quam parcus, quam brevis, quam pressus est in Theriacis, quam dissimilis illi exsultanti et luxurianti Nicandro, qui in Georgicis apud Athenæum (Lib. XV. pag. 683. sq.), pulcritudinem Nym-

[1] Fragmenta quæ e Marcelli Ἰατρικοῖς περὶ ἰχθύων restant, edita sunt a Fabricio, in Bibliothecæ Græc. T. I. p. 14. ed. vet. et Schneidero, ad calcem editionis suæ Plutarchi, de educat. pueror. Argentor. 1775. Promissa vero a Cl. Bellin de Ballu.

κάλλιστα ἀπολα
ὄντων περιττὸν ἀ
σάμενοι οὖν ὑμῖν
καὶ φυλέτης φυλέτ
τις ἐπὶ τοὺς πολεμ

cari ne exspectate, sed ipsimet subjicite. IDEM.

Ὧν ὑμεῖς] Videtur sic. . πάντων μετὰ τῆς ἐλευθερίας — *nium fructus cum libertate* [*siris*, libertatemque si tueami *tissimeque et florentissima perc* πλεῖστα et κάλλιστα h. l. acc *adverbialiter*; aut alias leg. et καλλίστων. quod minus vid *esse*. Vel τούτων ὑμεῖς αὐτὰ — ἀπολαύοντε. IDEM.

Ἀπολαύητε] Malim ἀπολαβ Σπάνα. παραλυσάμενοι] *supervacaneum* ξυλλύσθαι.

rum Bibliothecas apud nos, exemplari aliquo ornatum
videtur.
nonnulla de carminibus, eorumque indole adjiciamus.
i docti Inscriptionum auctorem esse Herodem Atti-
certe loco positæ. At mihi omnino vera videtur
Viscontii, qui Marcellum Sideten, tempore Marci
em poetam, auctorem esse putat. Etenim, quæ
exhibita est Inscriptio, nomen poetæ præ se fert
, in quo explicando, et editores carminis, et Span-
machi Hymn. in Cer. v. 8.), operam frustra con-
, quia poetica alteram superare videtur præstantia,
um Herodis adituris forsitan primo aditu et loco
uspicio Viscontii admodum probabilis visa est
Ephemeridibus Gottingensibus, anni 1795. Nro.
m quædam monuit Cl. Eichstaedt, in censura, quæ
neridibus Univ. Litterariis, Ienæ prodeuntibus,
1. Paucis tantum examinemus ea, quibus Itali
studuit. Ac primum quidem monuit Vir doctis-
quæ è Marcelli Ἰατρικοῖς περὶ ἰχθύων[1] restant,
e ferre colorem. In illis dicendi genus esse sim-
arum verborumque splendore illustre, in Inscri-
rans, ornamentis ambitiose quæsitis distinctum,
unquam tumore immodico. At hoc judicio mi-
desideramus argumenta. Primum enim, de toto
i e paucis fragmentis, quæ solummodo piscium
ix judicari potest, non dubitamus tamen fore,
leinde Inscriptiones recitet, sonum nescio quo-
in auribus sentiat. Verum hoc sentiri magis,
ri potest. Præterea sermonis in carmine de
tio est, quam in carmine dedicationem Trio-
non ab illa ratione dicendi declinasse, et in
alio more poetam locutum esse dicamus?
llus in Carmine de piscibus, floridum dicendi
uam ridicule egisset! Aliis enim verbis in
, ad Pancratis Arcadis, Archestrati aut
mihi videtur, exemplum composita, aliis in
pus: aliis, si quid sapio, verbis de historia
lacro aut statua dicimus. Ipse Nicander,
revis, quam pressus est in Theriacis, quam
ti et luxurianti Nicandro, qui in Georgicis
. XV. pag. 683. sq.), pulcritudinem Nym-

[1] celli Ἰατρικοῖς Plutarchi, de educat. pueror. Argentor.
at a Fabricio, 1775. Promissa vero a Cl. Bellin de
p. 14. ed. vet. Ballu.
editionis suæ

Herodis enarranda, comparandisque et conciliandis inter se veterum scriptorum de Herode testimoniis, omnes subortas difficultates feliciter sustulit. Hoc caput e Fabricii Bibliotheca desumptum adjungendum censui, observationibus nonnullis inspersis additisque notulis nostris. Quæ in Academiæ Parisinæ Actis (Mémoires de Litterature, T. XXX. p. 1. sq.), exstat de Herode dissertatio, Burignyi, eandem, quam in aliis hujus viri docti scriptis invenimus, antiquitatis scientiam ostendit, at quia sæpius indagata non recte attulit, et conjecturis indulsit, sæplus non necessariis, eam omisimus.

Adjeci orationem quæ Herodis nomine inscripta est, tradidique operis exscribendum Reiskii exemplum, cum Latina Meursii interpretatione. Quoties Reiskius in Animadversionibus conjecturas suas commemorat, eas integras subjunxi, pluribus vero ad orationem de lectionis varietate sententiam dicere nolui, quia, ut bene Reiskius monuit, vix digna est, ut in explicatione ingenium conteratur. Ipsam enim si orationem sub Herodis nomine adhuc venditatam examinamus, linguam videmus multas contraxisse sordes ab illorum temporum, quibus sermonis pura indoles elegantiaque naturalis perierat, contagione. Quare, qui diurna eum optimis Atticis oratoribus familiaritate contracta, ingenuam et amabilem Græcæ Suadæ faciem norunt et unice diligunt, eos Anonymi, Herodis nomen mentiti, eloquentia parum delectabit. Attamen ad historiam eloquentiæ Græcæ, quin ad humani ingenii historiam cognoscendam, non solum faciunt egregia magnorum virorum opera, sed pertinent huc quoque mediocres, immo, qui ne mediocritatem quidem attingunt, libri.

Aliam viam inii in explicandis carminibus, Salmasius, in magno suo Commentario, immensam protulit variæ eruditionis copiam; exspatiatur non raro liberius, atque varietatibus distinguendo opus, diverticula quasi quærit, ubi, qui antiquitatis amore ducuntur, suaviter requiescant. Nos usos esse viri eruditi animadversionibus, libere fatemur, et, ne apud æquos rerum judices, hoc fraudi sit, vix veremur. Quod præcipue doctissimus Visconti, in optimo Commentario observandum sibi putavit, pertinet ad rerum verborumque illustrationem. Non sine voluptate agnovimus miram doctrinæ copiam, Græcæ linguæ scientiam accuratam, antiquitatis studium singulare. Locis multis e lapidibus, quos ante oculos habuit, affusam esse lucem, multa historiæ capita egregie exposita, indolemque carminum præclare illustratam esse fatemur. Non exiguum itaque fructum lectores percepturos esse speravimus, additis nostræ editioni præcipuis Viscontii observationibus, quia non admodum multa exempla in has terras putamus perlata esse,

neque multorum Bibliothecas apud nos, exemplari aliquo ornatum iri probabile videtur.

Restat, ut nonnulla de carminibus, eorumque indole adjiciamus. Credidere Viri docti Inscriptionum auctorem esse Herodem Atticum; primo certe loco positæ. At mihi omnino vera videtur esse sententia Viscontii, qui Marcellum Sideten, tempore Marci Aurelii florentem poetam, auctorem esse putat. Etenim, quæ secundo loco exhibita est Inscriptio, nomen poetæ præ se fert ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ, in quo explicando, et editores carminis, et Spanhemius (ad Callimachi Hymn. in Cer. v. 3.), operam frustra consumpserunt, tum, quia poetica alteram superare videtur præstantia, tum, quia Triopium Herodis adituris forsitan primo aditu et loco conspiceretur. Suspicio Viscontii admodum probabilis visa est Viro erudito, in Ephemeridibus Gottingensibus, anni 1795. Nro. 180.; adversus eam quædam monuit Cl. Eichstaedt, in censura, quæ inserta est Ephemeridibus Univ. Litterariis, Ienæ prodeuntibus, anni 1596. Nro. 61. Paucis tantum examinemus ea, quibus Itali argumenta diluere studuit. Ac primum quidem monuit Vir doctissimus, fragmenta, quæ è Marcelli Ἰατρικοῖς περὶ ἰχθύων [1] restant, non eundem præ se ferre colorem. In illis dicendi genus esse simplex, nullo sententiarum verborumque splendore illustre, in Inscriptionibus contra vibrans, ornamentis ambitiose quæsitis distinctum, turgescensque nonnunquam tumore immodico. At hoc judicio minime contenti, plura desideramus argumenta. Primum enim, de toto orationis habitu, etsi e paucis fragmentis, quæ solummodo piscium catalogo constant, vix judicari potest, non dubitamus tamen fore, ut, si quis ea legat, deinde Inscriptiones recitet, sonum nescio quomodo consentientem in auribus sentiat. Verum hoc sentiri magis, quam verbis explicari potest. Præterea sermonis in carmine de piscibus longe alia ratio est, quam in carmine dedicationem Triopii continente. Cur non ab illa ratione dicendi declinasse, et in dedicatorio carmine alio more poetam locutum esse dicamus? Quodsi deinde Marcellus in Carmine de piscibus, floridum dicendi genus adhibuisset, quam ridicule egisset! Aliis enim verbis in enumeratione piscium, ad Pancratis Arcadis, Archestrati aut Alexandri Ætoli, ut mihi videtur, exemplum composita, aliis in carmine dedicatorio opus: aliis, si quid sapio, verbis de historia naturali, aliis de simulacro aut statua dicimus. Ipse Nicander, quam parcus, quam brevis, quam pressus est in Theriacis, quam dissimilis illi exsultanti et luxurianti Nicandro, qui in Georgicis apud Athenæum (Lib. XV. pag. 683. sq.), pulcritudinem Nym-

[1] Fragmenta quæ e Marcelli Ἰατρικοῖς περὶ ἰχθύων restant, edita sunt a Fabricio, in Bibliothecæ Græc. T. I. p. 14. ed. vet. et Schneidero, ad calcem editionis suæ Plutarchi, de educat. pueror. Argentor. 1775. Promissa vero a Cl. Bellin de Ballu.

pharum, numerosissimamque florum varietatem elegantissime descripsit. Cur denique, si hoc etiam argumentum nihil valere dixerit aliquis, nomen Marcelli, in genitivo positum in fronte Inscriptionis, si non indigitat auctorem? Epigrammata Anthologiæ Græcæ et Latinæ innumera, nomina præferunt auctorum, unde, a quo scripta sunt, intelligi plane potest et cognosci. Nec in Inscriptionibus hoc infrequens. (v. Pockoke, Description of the East, p. 133, 104. et Toupii Emendatt. in Suid. T. III. p. 46.) Marcello non dedicatum esse carmen, unusquisque intelligit, et si dedicatum, cur nulla Marcelli in ipso carmine mentio injecta est?

Pauca hæc nobis argumenta in mentem venere, alia, *cui majus* est ingenium ipse animadvertet. In Animadversionibus *egi id, ut*, quæcunque ad intelligentiam carminum facere videbantur, eorum prætermitterem nihil. Venerunt quoque in mentem nonnullæ emendationes aliorum poetarum, quas si adsperserim nostris observationibus, Virorum doctorum humanitatem non ægre id laturam esse, mihi persuasi. Dedi fortasse occasionem aliis meliora proferendi et veriora. Omnino me trado Virorum eruditorum benevolentiæ, quam promereri summo studio conabor. Læto semper animo in hoc studio pergam, favorem doctorum virorum expertus, quorum sententias humaniores æquo animo audire ac ferre didici.

CHR. GOTTL. HEYNII

AD

RAPHAELEM FIORILLO

EPISTOLA.

Ut, etsi aliis occupationibus distinerer, hoc tamen, quicquid est, opellæ tibi, vir doctissime, consecrarem, id visus mihi sum partim officio et amori, quo te a prima ætate sum amplexus, partim librarii, viri honestissimi, precibus, partim studiorum et curarum variarum conjunctioni, quæ mihi cum parente tuo, viro artium elegantia et doctrina eminentissimo, intercedit, debere. Id quod mihi eo magis profitendum erat, quo magis me ab omni hoc scriptionis genere alienum esse professus sum, quippe quod sensui meo adversatur, et arrogantiæ aut ostentationis notam nescio quam habere videtur. Nunc autem me a me ipso id impetrasse, ut huic libello aliquid seu præfarer seu subjungerem, tanto magis mirationem facere potest, quod ille in eo rerum genere versatur, ad quod ego juvenilia ingenia hortatu meo raro instigare, sæpius ab eo avocare, soleo. Cujus mei judicii rationem et morem ut exponam, occasione oblata ita utar, ut DE FINIBUS STUDII CRITICI REGUNDIS omnino tecum, vir doctissime, paucis agam. Quis enim foret, quicum lubentius de hoc litterarum studio agerem, quam cum viro multarum litterarum varietate ita instructo, ut bene teneat, non omnem doctrinæ laudem in critica scriptorum veterum sola contineri, contra autem ipsius hujus studii laudem summam in eo ponendam esse, si ad alias disciplinas emendandas et perficiendas illud adhibeatur.

Equidem, cum ad hæc humanitatis studia sub Christii Ernestiique disciplina primum accederem, bene memini duas maxime opiniones, e schola forte Burmanniana, propagatas, commilitonum animis tum insidere, primam, philologica et critica studia, si non sola digna sint, quibus ingenium liberalius et erectius sese consecret, omnibus tamen reliquis disciplinarum studiis ita antecellere, ut facile omnium litterarum eruditiorum principatum teneat; alteram, eum demum in litterarum antiquarum omninoque humaniorum aliquantum profecisse, qui scriptores Græcos Latinosque emendare et conjecturis tentare didicisset; hanc vero omnis doctrinæ esse tanquam aream, ad quam qui pervenisset, nec illum immortalitatem nominis tanquum certa possessione tenere. Hac persuasione permoti nos scriptores veteres non alio consilio perlegere et excutere solebamus, quam ut criticam aliquam observatiunculam

adspergere, conjecturam vel emendatiunculam in verbis allinere possemus. Legebamus itaque multa, nullo aut exiguo cum fructu ad philosophicas et historicas notiones, aut ad scribendi dicendive facultatem et usum. Altera ex parte plerique nostrum disciplinarum severiorum, imprimis quæ ad vitam civilem spectant, tenebantur contemptu; theologica et jurium studia eo tantum laudem aliquam habere aiebamus, quatenus in interpretatione et critica librorum sacrorum et legum versentur. Cum non omnis superbia et fastus ab hic judiciis abesset, in invidiam adducebantur ipsa hæc studia, et, ut fit, ab iis, qui tali professione se suaque studia contemptui haberi viderent, dignatione sua vicissim dejiciebantur. Itaque evenit, ut Bachio multis cum difficultatibus luctandum esset, antequam jurisprudentiæ forensis et ecclesiasticæ idoneus auctor haberetur; multumque elaborandum erat Ernestio, ut in theologicis disciplinis et ipse aliquo in loco haberetur; obesse enim solidiori doctrinæ antiquas litteras, parum prodesse; nec injuria ita statuebant viri quoque gravissimi, qui litterarum studia, quæ in rerum naturis cognoscendis, judiciorum et opinionum veritate exploranda et constituenda, negotiorum difficultate expedienda, et utilitatum vitæ publicæ privatæque procuratione versari debebant, ad verborum apices, librariorum vitia indaganda et cum speciosa aliqua sollertia corrigenda revocari videbant.

Quod in aliis non modo litteris, sed studiis omnis generis, plerosque peccare videmus, ut, quo consilio, quo fine et usu, ea, in quibus occupati sunt, tractent, eoque ipsum modum et rationem studii sui regant, ut, inquam, hoc parum exploratum et liquidum ipsi habeant, hoc idem vidimus evenisse in omni disciplina scholastica et academica, ut, quid illud sit, quod assequi volunt homines, dum sollennem studiorum rationem prosequuntur, raro aut nunquam inquirerent. Ita quoque a paucis diligenter et subtiliter satis quæsitum est, quorsum in lectione scriptorum antiquorum, Græcorum et Latinorum, ætas juvenilis contineatur. Quod igitur mirabimur, idem illud fugisse plerosque, quem usum, quos fines critices studium habeat, ideoque nec satis prudenter definiisse, qui locus huic studio in institutione scholastica et academica sit assignandus.

Cum veterum scriptorum lectio et interpretatio in disciplina puerili partim institutionis, quæ grammàtices et dialectices præcepta et usum mentibus insinuat, locum obtineat, partim notionum communium innumerarum, vulgarium et doctarum, mentibus instillandarum, copiam præbeat, partim ingenium, puleri rectique sensum, elocutionem et scriptionem, fingat: magistrorum utique animis notio aliqua artis criticæ ut insideat, in votis habendum est, ut de editionum bonitate, et de lectionum veritate, ad interpretationis usum, recte possint judicare, forte etiam provectioribus notitias

aliquas judicii et usus critici impertire. Jam possunt in his esse ingenia erectiora, quæ in linguæ Græcæ et Romanæ cognitione et in veterum scriptorum lectione, præter istas utilitates, quas ætati juvenili propositas esse diximus, ad subtilitates sermonis progredi volent; erunt quoque, qui in studiis litteraturæ antiquæ habitare volent et fortunarum suarum spem et fundum collocare: hos et illos in critica accuratius cognoscenda, experimento quoque aliquo facto, operæ partem ponere, quis improbet? dummodo reliqua illa, quæ per auctorum classicorum lectionem et interpretationem consequi necesse est, haud posthabeantur; contra vero ut ad rerum notitias, ad historias, temporum hominumque vicissitudines, fortunas, earumque causas, observandas, tum ad certa rectaque de iis facienda judicia, imprimisque ad judicandi, eloquendi ac scribendi facultatem exercendam, institutione publica privataque adducantur; neque interea mathematices et logices, aliarumque notionum utilium copias negligant.

Inter eos, qui studiis his antiquarum litterarum totos se consecrant, esse possunt, quorum ingenia miro aliquo hujus generis acumine excellunt, eoque ipso procliviora ad criticam hanc facultatem et artem habentur: hos ad eam imprimis se comparare, et naturæ beneficio sibi impertitam vim exercere et perficere, quis invideat? Quum tamen pauci ad hæc studia ferantur, neque optandum sit in republica, ut multi in hoc studiorum genere detineantur; quandoquidem iis præmia sua, muniaque desint, quibus fungendis admoveri possint, cavendum est omni modo, ne, in hac æmulorum paucitate, illi ad eam opinionem adducantur, sibi solis a natura illud ingenii acumen, quod ad criticas conjecturas, et animadversiones conferunt, esse concessum, neve alias litteras suis posthabeant, fastuque importuno et inani efferantur; haud immemores, se id, quod alii in vitæ officiis et negotiis ac munerum rationibus, aut in disciplinis ac doctrinis gravissimis, adhibent, acumen in verborum et linguarum studiis collocare. Potest hunc in modum aliquis magna cum laude in scriptoribus Græcis Latinisque criticam exercere: si modo fortunæ locique, quem obtinet, rationes id poposcerint vel admiserint: etiamsi illa intra meras grammaticas subtilitates substiterit; nam et hujus quoddam esse potest utilitas, haud contemnenda.

Luculentior tamen et probabilior est criticæ commendatio, si illa ad ipsam orationis seu solutæ seu vinctæ virtutem et elegantiam processerit, et sententiarum rerumque veritatem et cum natura usuque consensum, verborumque proprietatem, exploraverit, judiciumque rectum et sanum de his tulerit; si porro critica ad judicia veterum et opiniones, ad disciplinas et disciplinarum, quæ nunc cum maxime efloruerunt, initia et incrementa in scriptoribus eru-

enda et illustranda, ad historicas difficultates et obscuritates tollendas, transferatur: multa enim in his a lectionis veritate et sermonis severiore ac subtiliore studio sunt ducenda: hæc solidioris doctrinæ monimenta campum aperiunt latissimum, criticæ litteris ac disciplinis fructuosæ ad notitias in variis scientiarum generibus ex antiquitate procurandas, in historia imprimis naturæ, cujus locupletandæ haud vana spes inde illucescit. Num ut critices usum in libris sacris et in legibus juribusque Romanis commemorem, vix necesse est; quo ipso jam satis se studii critici, recte instituti, præstantia approbavit.

Secundum hæc habebo atique in votis, ut ii ipsi, qui criticæ in scriptoribus classicis exercendæ se accingunt, non primo loco id sibi propositum habeant, ut vitia lectionis indagent et earum tanquam cubilia investigent; præstat haud dubie in interpretandis et excutiendis scriptorum sententiis rebusque expositis judicii omnem vim intendere, notionum et notitiarum copias inde locupletare, digerere et recte constituere; sique inter hæc seu librarii seu scriptoris vitia et errores inciderint, in iis animadvertendis, notandis et emendandis acumen adhibere; hoc est illud emendationum genus, quod laudem veram et solidam habet. Alius critices adhibendæ modus est commendatione dignus in paranda nova recensione, eaque emendatiore, auctorum veterum; *multoque majore laude* dignus est habendus, si critica non modo in codicum varietatibus enotandis et conjecturis inde eliciendis aut virorum criticorum commentis colligendis versetur; si porro ea non, locis difficilioribus et obscurioribus omissis, ad ea, quæ per se nota satis erant, adhæserit; excutiat potius non animadversa, nec sibi dedecori ducat, vitia indicare latentia, etsi iis medelam ipsa afferre nequeat. *Licet* in his pro consiliorum diversitate vias rationesque ingredi varias, de quibus nunc agendi locus haud est.

Nec vero modo in scriptore aliquo edendo et recensendo, verum etiam legenti veteres quosvis alios scriptores occurrere passim possunt ac debent loca multa aut in mendo cubantia, aut temere ac perperam ab editoribus tentata: quorum emendationes probabiles, forte et illustrationes luculentas, si quis animadverterit, circumspiciet ille viam, qua in publicum proferat ingenii sui inventa probetque eruditis; possunt quoque esse tempora, ut quis fortunæ suæ ac famæ hoc ipso consultum esse judicet; ita viri docti eo devenerunt, ut in recensionibus auctorum classicorum opportunitates anxie venarentur, quibus uti possent, ad protrudendum in medium animadversa a se et conjectata; ita vidimus criticos in edendis scriptoribus, promiscue, etsi alienissimo in loco, emendationes in varia scriptorum loca intexere, aut verius intrudere et inculcare; dum similia optant, confundere dissimillima, penitusque abdocere

animum legentis ab auctore in quo versabatur. Poterant saltem per digressiones et excursus ad calcem adjectos seu subscriptos suas opes speciosius explicare. Ita evenit, ut interdum scriptores tantum pro vehiculo variarum ac diversissimarum opum criticarum ad mercatum extrudendarum habendi essent, aut pro vestibulo, quod aditum ad merces exponendas et inspiciendas præberet: etsi sunt certa scriptorum genera, quæ, per se jejuna et exsilia, ejusmodi copiosiores illustrationes admittunt, aut etiam desiderant, ut Lexica et Glossographi. Aliam viam ingressi sunt ii, qui libros Emendationum, Animadversionum, Conjectaneorum et sic porro ediderunt, quibus ea, quæ sparsim animadverterant, per saturam uno in loco propinarunt; qui quidem libri lectionem continuam haud admittunt, nec, nisi auctores ad manus habeas et sententiarum nexum satis teneas, recte dijudicari queunt, utilitatem tamen habent hanc, ut in vulgus edita servari et, quoties opus sit, inspici possint. Sunt quidem pleræque hæ emendationes ita comparatæ, ut aut a generalibus præceptis seu observatis ad unumquemque locum accommodatis, aut e sententiarum et verborum accurate expensa ratione et indole proficiscantur: quarum has accurata et attenta lectio ipsa suppeditat, illas autem in quolibet loco, præceptis istis et observationibus in animum revocatis, suo quisque studio poterat ac debebat assequi: est tamen in his felicitas aliqua ingenii, est fortunæ casus, est memoriæ aut recentis lectionis beneficium, quo sæpe ad ea, quæ nemo facile sua opera excogitet, deferimur.

Post hæc omnia critica exercitatio, etiam in grammaticis, salubris est et fructuosa ingenio juvenili, ut se exerceat et paret ad alia et majora, etiam ad disciplinas graviores; vigent in hac ætate animi et pollent memoria prompta et facili, facultate observandi et comparandi similia, eliciendi latentia; recte hæc ad ea adhibentur, in quibus eæ vires imprimis sunt ad consequendum, quod velis, necessariæ.

Satis docent hæc a me disputata, me magnopere probare conatus tuos, doctissime Fiorillo, et lætari his primis successibus. Ab hac enim lectionis copia et varietate, hoc ingenii acumine, hac venustate, quid non exspectare licet maturioribus annis! Fecisti critices experimenta magna ex parte in fragmentis lyricorum et tragicorum, quod critices longe difficillimum genus est, imprimisque lubricum propter metricas leges partim ignotas, partim parum firmiter constitutas; nec tibi ad incerta fortunæ tentanda animus defuit, in quibus nec ausis excidere turpe est, honorificum autem est, esse tamen, in quibus successum habueris. Nec deerunt ingenio, doctrinæ et industriæ, præmia, quorum spem et exspectationem ipsa hæc specimina faciunt tanto majora, quo rariora sunt ingenia in his litteris eminentia. Scr. Gottingæ M. Septembri cIↃIↃccc.

DE

HERODE ATTICO

ET

EJUS SCRIPTIS.

Tiberius Claudius Atticus (Suidæ perperam Julius) Herodes,[1] nobilis viri, Attici F.,[2] ex pago Marathonio, Atheniensis, apud Im-

[1] Ita plene dicitur *Tiberius Claudius Atticus Herodes* in quibusdam Inscriptionibus, velut ea, quæ auspicio Cardinalis, Polignac, Romæ a. 1728. eruta, et primum vulgata est in Mem. de Tréveux, Juillet. 1728. pag. 1551., deinde etiam in Mem. de l'Acad. des Inscriptions, Tom. XV. pag. 445. — Apud Græcos, Salmasius contendebat (in not. ad Dedicat. stat. Reg. in Crenii Museo Philologico II. pag. 137.), hunc Herodem *nunquam* fuisse dictum Ἡρώδην Ἀττικόν, sed Ἡρώδην Ἀττικεῦ; sicut est in Epigrammate Anslect. Brunck. Vol. III. pag. 272. Ἀττικεῦ Ἡρώδης Μαραθώνιος. Græcos enim raro admodum filios patrum nomine appellasse. Romanos vero, quibus alia fuerit consuetudo, *Herodem Atticum*, non *Attici*, hunc semper vocasse, patris sui nomine scilicet. Quæ observatio Salmasii, quam falsa sit, si spectes Græcam Herodis appellationem, facile apparebit ex Inscriptionibus Græcis, quarum subinde mentionem faciemus. Add. Masson. Collect. histor. de Aristidis vita. §. V. n. 9. not. 2. Quid? quod ipse Salmasius ad Capitolini Vit. Antonini philosophi, cap. 2. Tom. I. pag. 292. defendit scripturam nominis *Herodes Atticus*. Cæterum notitias historicas de hoc Herode licet colligere ex Luciani Demonacte (Vol. V. p. 243. sqq. ed. Bipont.), e Pausaniæ Lib. I. cap. 19. II. cap. 1. VI. c. 21. VII. cap. 20. X. cap. 32. et Philostrati pluribus locis, ut in vita Phavorini §. 3. Scopeliani §. 7. Polemonis §. 7. Secundi, Theodoti, Antiochi, Alexandri §. 3. Philagri §. 1. Hadriani §. 1. Chresti §. 1. 2. Pausaniæ, Ptolemæi §. 1. Reß in fine, Œnomachi in princip. Heraclidæ §. 6. Æliani §. 3. Inscriptiones, quæ ad Herodem spectant, præter eas quas in fine hujus sectionis indicabimus, reperiuntur apud Gruterum p. XXVII. 1. CLXXII. 10. CMXLIII. 1. apud Spon. Voyage Tom. IV. pag. 40. et 220. et apud Donatum pag. CLXVI. 2. Plura de eo lectorem docebunt Tillemont Hist. des Empereurs T. II. p. 269. sq. p. 317. sqq. et in Indice p. 605. (ed. II. Paris 1732. 4.) Olearius ad Philostrati Sophistas II. 1. pag. 545. sqq. Sylburgius ad Pausaniam p. 939. ed. Kuhn. Ioannis de Scriptoribus histor. philosoph. III. 6. 18. pag. 31. ed. Dorn. De Burigny Mémoires sur la vie de Herodes Atticus, dans Mém. de Litterature Tom. XXX. p. 1. sqq. Gibbon History of the Decline and fall of the Roman Empire, Tom. I. p. 59. sqq. ed. Basil. denique Salmasius et Visconti in editionibus Inscriptionum Trisperonis, quas infra commemorabimus. Ercurr.

[2] Ortum duxit Herodes e genere nobilissimo, quodsi Inscriptio, quæ est in foro Attico (v. Stuart Antiquities of Athens T. I. c. 1.), ad majores Herodis nostri spectat: quod haud temere credit Visconti: atavus ejus fuit Herodes, legatus Atheniensium (πρεσβεύων), pessimus Eneles, στρατηγὸς τῶν ἱππέων. Eneles filius videtur Hipparchus fuisse (Plutarchum Suidas nominat Tom. II. p. 78.): cujus quamvis bona in publicum essent addicta, tamen Atticus paternarum opum jacturam resarsit tum uxoris, quam duxerat, opulentia, tum ingenti quodam thesauro, quem forte a se inventum Nerva liberalitate retinuit. Hinc immensæ defluxerunt opes ad filium, Herodem, auctæ etiam divitiis Regillæ, conjugis, de qua Fabricius postea. Idem.

